



G.I.
ff 1-32 in comitatu Gömöriensi
1704-1738 TISZAI

ff 33-45 per superintendentem M. Stephannum
Pilatik 1704-1710 BAJNAY

G.Ia
pp 1-48 Pössony, Nyitra, Bars [Bajmóc]
1610-1670 Hunarimenn

G.III.
pp 7-58 Trencsen, Arca, Liptó [Biltse]
1610-1760 és D. O.

[I d 9;34 névsor ennek az utolsóval

a folytatásával 1762-1816, T.B.]

TISZAI Szuperintendensek működési ideje			
I.	Andreas Bodorinus	1704-1707	1-18. bejegyzés } I. 1-32. lp
	Samuel Antoni	1710-1738	1-100 (109) " }
	Stephanus Pilatik	1704-1710	1-151 " 33-45. "
Ia.	"	1704-1710	I-CL " Ia 1-24. "
	Samuel Michaelides	1735-1740	I-XVI " 24-28. "
	Jeremias Pilatik	1741-1743	1-58 " 29-30. "
	Samuel Hruszowicz	1744-1747	1-14. " 31-35. "
	Andreas Fridely	1757-1765	1-26. " 35-42. "
	Michael Pahl	1767-1778	1-34. " 42-52. "
	Johannes Cseringnoky	1778-1785	1-84. " 52-78. "
	Michael Szinovitz	1785-1796	1-51 (52) " 79-97. "
	Martinus Hamalial	1796-1807	1-56. " 97-118. "
II.	Isaacus Abrahamides	1610-1621	1-61. " II. 2-12. "
	Nicolaus Fidićius	1622-1625	1-16. " 13-16. "
	Andreas Drossy	1626-1627	1-2. " 16. "
	Basilius Fabry	1628-1630	1-2. " 16-17. "
	Nicolaus Martini	1631-1640	1-38. " 17-27. "
	Daniel Babravius	1641-1655	1-62. " 28-37. "
	M. Martinus Tamoczky	1656-1670	1-56. " 37-48

folyt I d 9,34

Rucala ^{szepelt} ^{marolat} Z.Y.p. Martinus Damascenus ^{Eperjesen} ^{ei} ^{Konain}
 Z. 1. p. Vencelius Cornioles, Danieluel touult ? 2
 5 p. 19. Papi Terac Rivél, mit crinalt Karsen ? 2
 6 p. 21. Karsan Soraximusuel. Utana ? 2
 8. 25. Delman touult Eperjesen a magister ci pecto
 loweatus Bocatusuel
 8. 26 Martini Karsan Martini -uel touult ?
 27 Klische Karsan Bocatusuel "sicut filium"
 11. 36 Kiss Ime Karsan Strausky -uel ?
 12. 39 Zoraximus B.uel Karsan!
 19 73 Raduanensis (Sartois) Karsan Gén Boc-uel
 18-21 p. soran Stetube
 22. 84 Fackkonitius Boc-uel Karsan 2 euel
 23. 89. Blasko Mihely - 4 -
 24 94 Martinus - 4 - [Megyeri a magist]
 27 105 Gera János a Thurzó fímal Wittenthaler
 28 109 Klische Karsan "Orander" -uel
 39 132 Bursinius Karsan Boc-uel "gimnariarcha"

G. II. 6. p. 9. Sartorius János Boc-uel Eperjesen
 - 4 - - 4 -
 9. p. 20. Bölcsény
 11 p 40 Sinapius Becsi - Uherdy Bead - Straimica
 19 p. 9. Bartholomaeus (Török Wittenthaler)
 18. p. 2. Polgardi István Csepregi uel 1625
 23 p 23 Béni - is.

DYNAMEN

BITTSEI III

Elias Lamy	1610 -	1618	1-55. bejagt	4-5. lyp
Johannes Hockikus	1619 -	1642	1-106(113)	5-19. "
M. Zacharias Lamy	1642 -	1648	1-11. "	20-21. "
Joaquimus Kalinikus	1646 -	1672	1-130(134)	21-39. "
Daniel Komamus	1706 -	1729	1-86(79)	40-47. "
Elias Mohl	1737 -	1760	1-61.	47- 58 "

2. 4. p. Martinus Damascenus Eperjesen 2i Kossán!!
 2. 1. p. Vercelius Cornioles, Danieluel touult ??
 5 p. 19. Papi Terenc Kinnel, mit crinalt Kossán ??
 6. p. 21. Kossán Socraninusuel. Utana ??
 8. 25. Selman touult Eperjesen a magister ci pecto
 loweatus Boratiusuel
 8. 26 Martini Kossán Mertini-uel touult ?
 27 Klische Kossán Boratiusuel "sicut filium"
 11. 36 Kiss Ime Kossán Strausky-uel ?
 12. 39 Zaccararius B-uel Kossán!
 19 73 Raduanensis (Sartoris) Kossán 6 év Bor-uel
 18-21 p. rocam Stetube
 22. 84 Farschkaritius Bor-uel Kossán 2 év
 23. 89. Blerdo Mihály - 4 -
 24 94 Martinus - 4 - [Megyeri s. magist.]
 27 105 Gera János a Thurzó fímal Kittenbogye
 28 109 Kidosz Kossán "Oranler"-uel
 37 132 Buzichius Kossán Bor-uel "gimnasiarcha"

- G. II. 6. p. 9. Sartorius János Bor-uel Eperjesen
 9. p. 20. Bölushary - 4 - - 4 -
 11 p 40 Sinapius Becko - Uherdy Bood - Stražmice
 14 p. 9. Ba Honorius (Turoi Kittenbogye)
 18. p. 2. Potyondi István Csepregi soltar 1625
 23 p 23 Ben-isk.

II.2. Papistae Lutheranam orthodoxam religionem nost-
ram sunt amplexi

3. (Rövid életrajzok)

4. 18.sz.

5. Lat.n.

III.1. eredeti Több kéz írása.18.sz.

2.b. ~~ff. 4-9~~ ff

c. 202 x 165 mm

Ordinacio anyagja

Tiszolc Es Egyh. lvt. (1704-1738)

G.I. = Gyomör megyei superintendentusok (1-32.)
 (Andreas Bodorovich es Samuel Antoni)

és Pilsnik István által ordinaáltak (33-45.)
 (1704-1710) (vö. G.a.I.)

Másolat *

G.II * Bejovői kerület (1-48.) (1610-1670)

G.III * Bittsei kerület (1-58.) (1610-1672, 1706-29)

(emek a folytatás az I. d. 9, 34) 1737-60
 1762-1816

Ebből hiányosan szerepelnek az V. 54-ben.

* Másolat

G.I/a Pilsnik J. által ordinaáltak 1704-1710 (1-21)
 Michaelides S. " " 1735-1740 (22-28)

Pozsony Egyházi Regi. lvt. ában

(1710-35 között nem volt superintendentus a bányász kerületben, vö. G.I/a. 29.)

G.I. + G.I/a : vö. V. 144 b, 205-209.

• Pozsonyi (Ev.) Lyceum katalógusa

C a t h a l o g u s n e o - r e v e r e n d o r u m

ordinatorum in comitatu Gömöriensi per excellentiss. dnum
dnum Andream Bodovinum, ecclesiae Csetnekiensis antistitem
et superintendentem ecclesiis augustanae confessioni in-
variatae addictis praepositum ab anno 1704.

1.

Ego infra scriptus natus honestis parentibus in cottu Turoczen
Divo-Mara adm. rudo et cl. patre dno Georg. Marcelli, matre gen. dñā Susan-
na Simkovitz, qui successu temporis et aetatis me institutioni cl. dni
Johan. Braxatoris in Raho, posthac cl. dni Eliae Sartoris Alnoviae, dein
cl. dni Georg. Peücker Neosol., deniq cl. d. Georg. Richteri Schemnitz, commi-
serunt. Schemnitzio ad officium rectoralis Kövinium in cottu Gömör pmo-
tus in regimine illius scholae 8 ann. absolutis legitime vocatus ad re-
gend. eccliam Süvetien ut et ordinatus p excellm. dn. dn. Andream Bodovinum,
cujus excellentiae, toti fraternitati et arlis obedientiam pmitto.

MiseriCordia Laesi solor. Sam. Marcelli ecclae Süvet. p. o. mpra.

(1704)

2.

Ego infra scriptus natus honestis parentibus in cottu Solyensi
in pago Szellec pre Georgio Žirko, matre v. honesta Anna Cakabač, orbatus
vitae autore per dnam matrem deductus sum in ecclesiam Thamas-falvensem
recommendatus sub ferulam hum. viri Martini Proserchomenij, illac sub
ferulum /!/ viri h. Laurentii Bahil in Raho, ibi desudando tractavi feli-
citer studia apud clar. virum Johannem Braxa torem, post apud virum doctis-
simum Eliam Sartorium Szentiv., Czet., Alnov. Czetnekino ad offi. recto-
ratus in eccla. Szkalno. cott. Kis-Hont assumptus ibi duodecim annis do-
cendo et scholam regendo ad eccl. Bistrensem legitime vocatus et juxta
ritum aplicum per excel. d. d. Andream Bodovinum, p. t. aug. conf. Göemer addi-
ctis super., cui, toti fraternitati et arlis pmitto obedientiam. Ao 1705.
Jacobus Žirko.

3.

Ego infra scriptus honestis parentibus natus in cottu Gömöriensi
Budikfalva patre scil. viro humanissimo ac praestantissimo dno Georg. Ni-
colaidae ecclae praetactae rectore industrio, matre vero honestissima
Dorothea Szandani, qui successu temporis et aetatis me institutioni Ge-
orgii Andreae, p. t. scholae Klenocensis, posthac dni Georg. Piscatoris
scholae Ratkoviensis, successive ferulae dni Gregorii Szanda scholae
Rostariensis, dni quoq Matthiae Vietoris, dni Johannis Czabanii, ultimo
dni Eliae Sartorii p nunc ecclae Alnoviensis pastoris animarum ordina-
rii tradiderunt et commiserunt. Ad officium rectoratus perveni in cottu
Kis-Hontensi in eccliam seu scholam Pilensem, ex schola Bilensi iterum
legitime perveni in scholam Geczeloviensem hujus incl. cottus Gömörien-
sis. Inde legitimo modo vocatus sum in ecclesiam Kietensem pro legitimo
ac ordinario animarum pastore, ut et ordinatus per excellentissimum dnum
dnum Andream Bodovinum, cujus excellentiae et articulis obedientiam pro-
mitto. Dies notatus 18. martii anni 1705. Johannes Nicolaides mpra.

4.

Awany Ego infra scriptus natus honestis parentibus in com. Nagy Honth,
pago Cerova, patre Nicolao Ivanyi, matre vero Dorothea Czis, qui successu
temporis et aetatis me institutioni humaniss. viri Georg. Chalupka in
patria tum temporis scholae rectoris, posthac vero Ponikini N. Matulae,
tandem Radvanij hum. dni Matthiae Kephallidae commiserunt. Successivo tem-
pore justam aetatem attingens legitime vocatus eram in Kun Taplocz p
scholae r., deniq in eccliam Gömör Panitiensem p concionatore, in quo of-
ficio 12 annos complendo ordines sacros percepi per excellentissimum d.
Andream Bodovinum ordinarium superintendentem die 25. martij ipso festo
annunciationis Mariae, cujus excellentiae et articulis obedientiam appro-
mitto. Anno 1705. Christophorus Ivanyi mpra.

hniſſo dno Johanni Salak commendatus, ubi prima ſtudior tyrocinia orthodoxae religionis jaciendo ad ulteriora ſtudia Neosolium clariss. dno Pillarik commendatus tribus annis humanioribus ſtudiis ſedulo operam dedij. Inde ppria aviditate linguae hungaricae ductus ſub ferulam dni hniſſi Stephani Ladislaides per ſpacium unius anni me commendavi, poſt diſceſſum ejusd p. hniſſis Csetnekinum ſub diſciplinam peregrinij dni Eliae Sartorij me contuli, ibiq triennio continuato in ſchodam Alſo Sajenſem translatus, ex eoq officio ibidem ad officium paſtoratus p̄motus ſum accipiendo ſacros ordines ab excellentiſſo dno Andrea Bodovino eccleſiaſte Csetnekienſe meritiſſo anno 1705 die 15. julij.

10.

Ao 1705 die 2. dec. Petrus Braxatoris natus Jolſvae ex honeſtis parentibus patre Martino Pivovarč, matre Katarina, in ſcholis exiſtens dum ab eccla Betleriensi exul Roſnaviae manſiſſet vocatus in eccleſiam Kraveniensem Czetnekini per excellentiſſ. dnm Andr. Bodovini ordinatus eſt.

11.

Ego Tobias Hrebenda natus in cottu Kis Hontenſi in pago Kokava ex patre Johanne Hrebenda p. t. rectore Kokavienſi, matre vero Susanna Kromholtz, ſtudiis dicatus, primum literas didici ibidem in Kokava ſub ferula tunc h. dni Matthiae Vitanowsky, poſt Andreae Fabri, tandem adoleſcens exiſtens grammaticae incumbens penes d. Samuelem Csoklicz. Hinc veni Csetnekinum ad cl. dnm Eliam Sartorium, ubi penes ſacra ſtudia ſummuliſta logicus factus ad annum uſq 5tum manſi. Iterum Neſolij 4 annis continuo ſtudia tractans, ubi fundamenta confirmavi et eo veni in Ochtinam p̄motus pro ſcholae rectore, unde vocatus in Bettler ſubſcribo promittens obedientiam et fidelitatem. Ordines ſuſcepi Csetnek a r. dno et excell. Andr. Bodovino ao 1705 die 10. Xbr. Tobias Hrebenda.

12.

A et O. Ego inſcriptus natus anno quo eXVL erat ChriſtVs VICtrIX roMaNa VoLVCrIs, CorrIpVIt Captans fVnIbVs VngVe pIos honeſtis parentibus utpote r. et cl. d. Nicolao Holvaitd, matre vero Juditha Ocžovini. Mancipatus ſum quinto anno vitae meae tenerorum herulis ſcholis primum domi, poſt aliis videlicet Berzevicenſi, cui praecerat Samuel Platani, Bartpheniſi, cujus clavem tenebat Johannes Serpeli, Nagy-Paludenſi, quam regebat Georg. Lyſſovini, Caesareoforenſi, cujus proreta fuerat Andreas Eckardus, ultimo Csetnekienſi, in qua diſcenti facem ſtudiorum ptulit Elias Sartorius biennio et in hujus locum locato Chriſtus /!/ duobus annis cum dimidio. Inde rectorem Deus univerſi rector evocavit in cathedram Viſſno-Slanenſem anno, quo neo-mystae ſuſpirant: o pie Chriſte Ipſe DoCe Ignorantes MInIſtros! Andreas Holvaitd mpra. *Holwaidt*

13.

Ego inſcriptus natus honeſtis parentibus in cottu Kis-Hontenſi eccla Rahovien adm. r̄ndo et clar. dno Laurentio Bahil, matre vero Susanna Czekus, qui ſucceſſive inſtructioni d. Andreae Bubenkiij, poſthac dni eximii ac doctiſſi Eliae Sartorij, ūtem hniſſi ac praestantiſſi dni Georgii Wendrinsky, deniq eximii ac doctiſſi dni Samuelis Marczeli ma commiserunt. Inde Kövinio, vel ex ſchola Köviensi in ecclam Süvetenſem ad officium rectoris p̄motus: ſic abſolutis annis tribus in eccla praetacta Süvetien ex officio rectorali rursus in ecclam Mokro-Lucenſem ad officium paſtoratus legitime vocatus, ut et per excellentiſſum dnm Andream Bodovinum ordinatus. Promitto ut ipſius excellentiae, ſic toti fraternitti in oibus juſtis, poſſibilibusq piettiſ ſervitiis obedientiam et pietatem. Anno 1706 die 16. auguſti. Johannes Bahil p. t. ecclae Mokro-Lucenſis ord. parochus m̄pria.

14.

Ego Georgius Severini p. t. rector ſch. Chisnensi, natus in cottu Kiſhontenſi patre Georgio Severini incola Hnuſtenſi, literis humanioribus ſub regimine humaniſſor ac doctiſſimor viror Johaniſ videlicet Nicolai-dis, Nicolai Materini ſcholae Trenchin nec n Eliae Sartorij ſcholae

Csetnekiensis rector imbutus divina manu ad pascendum in ecclia Rozloz-
nensi Christi fidelium gregem ductus ac legitime vocatus, ordines sacros
Csetnekini ipso festo nativitatibus Mariae ab excellentissimo ad reveren-
disso dno d. Andrea Bodovino suscepti, ita suspirans: **Da Constantiam**
tenero serVo o Chre!

15.

Ego Andreas Johannides natus in cottu Scepusiensi in pago Lipnik
ex parentibus honestis patre Johanne Johannide incola Lipniczensi matre
vero Anna. Parentibus orbatus ad scholas me contuleram et quidem l/ in
scholam Markus Falven, **post** in diversis locis sub persecutionibus versa-
bar, tum rector in schola Mokrolucensi, post in schola Bolomen existens
illac in exilium ejectus. Ex exilio in scholam Geczlovien translatus, in-
de in eccliam Kyeten honorifice et legitime ad officium pastoratus voca-
tus, sicq ordines sacros **percepi** ab excellentissimo dno superattendente
Czetnekiny ao 1706 d. 2. Xbris. Idem qui supra mpria. Christe sis dux meu

16.

* recte itoi!

Ego Paulus Fabri natus in cottu Liptovien in pago Nagy-Palugya
patre viro cl. et r. Johanne Fabri p. t. p. aar. in ecclia Nagy-Palugyen, matre
vero Dorothea Lopussy, studiis lrarum a **ppimo** fere aetatis flore devotus.
prima literalium artium rudimenta Deo ppitiantie jeceram sub fidelisso
hum. et pereximio doctissoq viro dno Jona Sartorio, ubi per triennium fe-
re in studior cursu commoratus, postea motore Deo p motus in Boczam, inde
post expletionem unius anni in Kokavam cottus Kishonth, nec ibi ex studi-
is scopum aliquem diligeae meae assecutus Csetnekinum me contuleram ao
* 1707 festo Martini, ubi sub fidelissimo fidelissi praeceptoris d. pro
tunc Eliae Sartorij viri **perquam** doctissi moderamine, prout potui, in
studiis, quibus addictus fueram desudavi fere per triennium. Namq cum
Csetnekino in eccliam Jols. p offo past. emigrasset, sub ejusdem succes-
sore d. h. q viro Andrea Holvaidt fundamenta aliqua studij praesertim
theologici hauseram, hinc np. Csetnek Ochtinam p offio rectoratus p motus
Deo juvante auxilianteq ad altius quasi fastigium np pastoratus evectus
scilicet in eccliam Kobelerien festo Trium Reg. id est 6. jan. ao 1707.

17.

Ego Pet. Szergényi natus in cottu Castri Ferrei Trans Danubien
in pago Szergényi patre viro Johanne Nagy, matre vero Julianna Syrak. Lra-
rum a primo fere aetatis flore devotus prima literalium artium rudimen-
ta Deo ppitiantie jacerem sub fidelissimo N. Czereti rect. Jaurinien. Inde
post expletionem unius anni pfectus Carponam in cottu Kishontien ibiq fu-
eram in studiis fere 5 annis, habuiq praecceptorem clarissimum Martinum
Duboszki. Inde assumptus in ecclesiam Fülekiensem ad officium rectoratus
~~feram~~ ibi vero morabar in officio rectoratus ferme duobus annis. Tandem
vero assumptus p pastore animar Sajo Gömörinum in festo Viridium ao C.
1707. Idem qui supra P. S.

18.

Jesu rege! Ego Josephus Regius in cottu Gömörüensi Rosnaviae
honestis parentibus natus videlicet a patre rudo et clarissimo Jacobo
Regio praespecificatae civitatis Rosnavien ecclae hungaricae nationis
pastore et venerandi contubernij ab annis compluribus seniore, a matre
vero generosa matrona Anna Turnaj. Rudimenta literarum jeci in schola
patria Rosnaviensi, successivo tempore in castro Rahoviensi sub praeccepto
re viro clarisso dno Johanne Braxatoris alias Bajnoczi. Tandem ad offi-
cium rectoratus scholae evocatus primum in Osgyan tandem Padar ultimo
Mokrolukam. Sic divina dispositione graa legitime **evocatus** ad eccliam
Arnothensem ~~pma~~ p animarum pastore, ordines sacros percepi Csetnekini
anno 1707 die 19. maij. Idem qui supra mpra.

MGM

Magistro Johanne Sárossy ab anno millesimo septingentesimo octa-
vo die trigesima septembris ecclae hungaricae Rosnaviensis invariatae
augustanae confessioni addictae pastore, nec non annexarum per comita-
tus Gömör, Kis-Hont, Torna, Borsod, Heves et Szolnok superintendente ordi-
nati sunt candidati ministerii sequentes:

V. 54. 255. v.

mat. et astronom. D. Jeremiam Papken, in physicis dn. D. Christophorum Helvigium, in theol. polemica aprime usus sum opera dn. D. Mich. Frid. Quade et caeteros cunctos, quos fovet alma Gryphia. Tum Augusto rege Polonor etc. occupante Gryphisvaldiam et poene totam Pomeraniam ao 1711 in octobri redij visurus tristem patriae faciem, tum non longo intercedente tempore post obitum pl. r. et cl. dni Georgii Pixiadis consenioris prim. vocatus ad officium pastorat. in eccliam Nagy-Szlabossen ao aetatis 24. Hic igitur in pfata ecclia N. Szlabossen publice in templo pvio examine ordines sacros percepi abs excellentissimo atq summe rndo dno superintendente Samuele Antonio, superintendente inquam cottuum Gömer, Kishonth, Torna, Borschod, Heves et Szolnok gravissimo et eccliae Csetnek pastore ordin. in psentia rndor Rosnaviensium evang. et alior complurimor, ao quo / Zachariae cap. XI. v. 2, 3 /: Magnates tristis strage CaDebant, flebat orbis eIVLabat abies et pII ppter pastores die 12. aprilis mpria. Promitto legibus orthodoxis et exc. d. superintendenti majoribusq obedientiam.

4.

Konicsek

Ego Thomas Koniczek genitus sum parente adm. r. cl. dno Matthaeo Koniczek, matre q grossa dna Gerenčsini Susanna in cottu Nitrien inq pago Bastankfalva. Fundamenta studiorum meorum locaveram apud r. c. d. Michaëlem Accs Jaurin., apud gen. d. Mich. Missovičz, apud c. d. Joh. Pillarik Neos., sicq apud ex. d. Joh. Svarcium periesi. ac v. c. Johannem Rezikium cursum studior meor ibidem locor finivi. Tandem Csetnekini qua legitime vocatus minister V. D. sacros ordines obtinui anno 1712.

Pastor amore fluens Jesu dulcissime pasce meq gregemq tuum pastor amore fluens.

5.

Ego Petrus Wissnay - - - - - (ordin. 1715 ad Apostag)

6.

Zimanyi

Ego Michaël Zimani natus in comitatu Zolliensi oppido Dobrona dicto patre Matthia Zimani nominati loci cive, matre honesta Juditha Fusko. In schola patria primum, Schemnitziensi ac deinde Neosoliensi literis imbutus praepceptore cl. viro Johanne Pilarik, hinc ao 1707 Lossoncinum pro rectore evocatus, ubi exacto uno anno iterum Neosolium ad studia continuanda redii. Deo autem ita disponente ad oras exteras me contuli, nempe academiam Hallensem, inde redux ao 1713 in octobri reliquum tempus apud parentes vixi et tandem gratia clementissimi patris et servatoris Jesu Christi ab ecclia Dobrocsensi pro pastore evocatus et ab excellentissimo atq summe rndo superintendente Samuele Antonio ecclesiae Csetnek pastore ordinario in psentia clarissorum rndorum utpote venerandi dni sen. dn. Joh. Fabricii, rev. et cl. dn. consen. Samuelis Platani nec non reliquor rndorum assessorum et ejusd vener. fraternit. dnm. confratrum, quibus perpetuam eamq debitam humilis promitto observantiam. Ao 1715 d. 16. sept. Csetnek.

7.

Fabry Ego infra notatus natus in cottu Neograd pago Turopola dicto patre Johanne Fabri, matre honesta Zuzanna Blaho, tandem p eosdem in scholam Carponensem missus. Carpona fatis ita divinis Osgyaninum, Leuchoviam et Kasmarkinum me recepi, tandem Szemnicij studia continuando in eccliam Nagy Libercensem p rectore evocatus, in qua 5 anni mansi. Nunc v. temporis gratia clementissimi Dei ab ecclia Tot Gyürkensis evocatus et ab excellentissimo atq summe rndo superintendente Samuele Antonio, eccliae Csetnek pastore ordinario in psentia claror viror ordines pcepi et suscepi. Anno 1716 die 1. feb. Sam. Fabrj.

8.

Ego Daniel Lany Scepusio Kesmarkiensis, natus patre generoso, in et ppter religionem in fide constanter et beate mortuo d. Martino Lany senatore primario et tricesimae administratore, matre vero honesta, jamq tristi semper matrona Susanna Cornides ao 1691 d. 18. sept. In schola patria prima fundamenta et christianitatis, et latini sermonis jeci: mox ut sermonem slavicum addiscerem, hungaricove adsuescerem, ad Berzevetz pagum

cottus Saarosien ad hum. virum Georg. Zitnay exmissus, inde vix medio expleto anno a novo milite hungaro domum pulsus, domi non diu substiti, verum Rosnaviam veni, ubi tum expectabatur vir ap. suos et nos etiam clare doctus d. Mich. Missovitz praceptor / rector enim dici noluit / meus per biennium fere. Hac, ut patrium sermonem bene, ut decet patriae filium excolerem, Miskoltzinum ad calvinianos veni, unde tertio statim mense iterum a milite, qui tum metropolim nram oppugnavit quidem, expugnare tn non potuit, domum pulsus, mox ad audiendum celebr. clarissimq virum b. dn. Joannem Rezik prof. publ Eperiessinum me contuli, virumq per integrum annum publ. et privatim audiivi, Tandem ex collegio statuum evang. Eperiensi contuli me in collegium statuum calvinian. Patakiense, non tam studior, quam hungaricae linguae ex asse, ut loquuntur percipiendae causa. Sed et hac per tumultus patriae, vel potius falsos rumores cedere jussus cum parentibus quarto mense, collectis in montibus vinis domum prius et posthac iter Eperiessinum redii, ubi novum prius prof. dn. M. Joannem Buriss ac postmod iter nominat jam cl. dn. Rezik audiivi. Tandem domum revocatus, cum res patriae manifesto viderentur expositae esse in periculo, optimus pater filium liberat ex eo, in quod ipse pro dolor! incidit. Valedixi igitur et patri et patriae ao 1709 d. 8. mart. atq per nobil. quosdam Polonos per Roniam in Vistula beneficio navium Dantiscum devectus praeparare volui animum ad altiora studia, audiendo virum magni nominis dn. D., jam b. Samuel Schelquigium in theol., in philosoph. et histor. cl. d. Joh. Sartorium, in mathem. Paul. Pater Hungaros, in jure et impr. canonico dn. D. Willenberg. Volui, dixi supra, sed non potui, nam et hac novus, idq aequae tam periculosus, quam bellum hostis, pestis videl. me cedere tertio statim mense jussit. Perlustrata itaq prius in Regio Prussorum Monte academiam // quorsum dum pergerem in sinu Baltici exptus sum ver esse q dicitur: qui nescit orare, pergat ad mare/, Dantisco, Berolinum et inde Wittebergam die 4. aug. a. 1709 perexi. In alma hac academia publ. imprim. vero privatim audiivi in philosoph. praecel. dnum M. Michaelis Cassai adj. Hungarum et pcel. M. Ferberum adj. in log. et metaph., exc. d. M. Jo. Christophorum Wolff prof. in log. metaph. pnev. et phys., excell. dn. D. Heücherum Hung. in phys. et anatom., imprim. vero in log. et metaph. privatim et theol. privatissime audiivi cl. nunc jam b. dn. M. Frid. Wilh. Bonhorst. In theol. vero s. rndos ac magnificos viros dn. D. Wernsdorf, dnum D. Chladenium et dn. D. Schöerum. Hac repetitis jam soepe vicibus a tristi matre domum revocatus, perlustratis prius iterum iterq vicinis academiis Lipsiensi videl., Jenensi et impr. famosa illa Halensi ao 1714 men. 8br. academiis valedixi, domumq p Saxoniam et Silesiam redii. Hic varia jactatus et vexatus fortuna, qui in ecclesiam patriam ruere et involare atq p casum obliquum introire nolui, ecce per rectum / de quo certe gloriari possum Deoq graas ago / ad Rosnavien vocatus, introductus, imo protractus sum et successor denominatus mxime rudi dni Sam. Platani consenioris almae fraternitatis et h. t. pastoris ecclae luther. nationis germ. ap. Rosnavien, nunc vocati in ecclam Dopschen. Tsetnekini itaq abs summe reverendo atq excellentisso viro dno Samuele Antoni, ecclae ejusd pastore ordinario et incl. cottuum Gömör, Kishont, Torna et reliquor sup erattendente gravisso, pvio prius examine publ. in templo in psentia m. rndor viror dn. sen., consen., notar. et alior itemq ~~populorum~~ polit. Rosnavien ordines s. suscepi, onus grave, ad q ferend Deus, qui imposuit, vires addat et conferat suppllex oro. Ao 1716 d. sexta men. feb. Huic igitur nato jam s. rndo excellentisso superattendenti, reliquisq senioribus et majoribus debitam pmitto obedientiam, justisve subscribo legibus. mpra.

9.

Infrascriptus natus sum in Zolnya pago i. cottus Vetuzolien, parentibus rndo dno Jeremia Pilarik, tum temporis pastore oppidi Dobronensis matre vero Juliana Zolnay a. 1693. Characteres romanos, ipsaq humaniorum studior fundamenta domi educatus jeci, hinc missus Schemnitzium in poëtico et rhetorico studio dn. Johannem Paulini et cl. d. Martinum Dubovszkj, illum conrectorem, hunc rectorem scholae Schemnitzien audiivi. Revocatus inde Neozolium ad latus cl. dni patruelis mei, tum temporis scholae Neozolien rectoris Johannis Pilarik per quadriennium permansi, logicam, metaphysicam, aliaq t. t. proposita ab eodem audiivi. Reduce vero ab exteris facto cl. juvene tum temporis Matthia Bel, ipsaq in conrectorem scholae eidem Neozolien praefecto quintum annum ibidem loci exegi atq linguarum

utpote graecae et **hebr.** fundamenta jeci. Hinc missus Eperiessinum per breve tempus cl. dn. **Samuelem Matthaeidem**, t. t. collegii ejusd Eperien. directorem audivi, mox in eodem collegio, eoq adempto in scholis suburbiis Eperien adolescentibus publice et privatim informandis operam meam locavi. Duobus annis hic loci absolutis promotione **dnorum** meorum parentum amicor et patronor quorundam ad exteros me contuli, ipsamq academiam Wittebergensem salutavi, in qua audiendo in polemica theol. excell. doct. **Henr. Clausingh**, in thetica exc. doct. **Gottl. Wernsdorffium**, in exegetica et polemica simul exc. doct. **Martinum Chladenium**. Anno absoluto in patriam redii, evocatus ad regendam eccliam **Guttensem** in cottu Neograd sitam, ordines modo apostolico per virum excell. **Samuelem Antoni**, eccl. **Csetnekien** pastorem, nec non cottus **Gömörien** et vicinor superintendentem collatos suscepi, ipsi excellant. viro, aliisq majoribus eorumq legibus debitam spondens obedientiam et honorem, propria idipsum confirmando subscriptione. Csetnek a. 1717 die 11. junij. Jeremias Pilarik.

10.

Ego infra scriptus natus in cottu **Nagy Honthensi** pago **Szenograd** dicto, patre honesto **Georgio Balassovicz**, matre vero **Anna Kernerj**, per quos in scholam **Czeroviensem** sub disciplinam **Thomae Gyurkovich** prima studiorum meor fundamenta locavi, inde divino numine regente **Csetnekinum** proficisci haud gravabar, ubi sub disciplina humanissimi d. **Andreae Holvaid** studium poëticum et rhetoricum audivi, inde **Carponam** iens sub disciplina d. **Jonae Sartorij** morabar, inde pro rectore ordinario sholae **Szennensis** sum evocatus, in qua 6 annis vitam scholarem vivens, sic regente Deo in eccliam **Polichnensem** sum vocatus et ab excellentissimo ac doctissimo viro d. **superintendente oppidi Csetnek** pastore ordinario in praesentia claror viror ordines suscepi a. 1717 die 17. junij. Paulus Balassovicz.

11.

Ego **Petrus Magulács** **Gömörino** **Alnoviensis** natus viro honesto **Petro Magulács**, matre vero **Dorothea Pjatko**. Initia studiorum meorum in schola patria jeci, mox percipiendae linguae hungaricae gratia ad **Osgyan** expeditus, ubi prout et demum **Rosnyaviae** sub institutione nobilis pie denati **Missovitz** humaniorum progressum feci studiorum, altiorum vero sub cura clariss. de eccla Christi optime meriti **Sartorij**, nec non d. **Chlivini**. His ita peractis suasu parentum nec non nobilis. dnor patronorum academiam **Wittenbergensem** salutavi, ubi per quadriennium fere theologiam theticam in praelectionibus magn. nec non doctissimi dni **Henrici Klausingij**, polemicam in collegio magn. dni **Martini Chladenij**, exegeticam et aliorum ad studium theologicum pertinentium sub institutione excell. dni **Werensdorffij**, philosophiam theoreticam et practicam sub informatione ptitul. dni **D. Klausingij** fundamenta qualiacunq faciens didici. Redux tandem in scholam **Gömörien** evocatus, hinc pro pastore **Szinobanyensium** ordinarium evocatus et per excell. nec non doctiss. dnum **Samuelem Antoni** pastorem ecclae **Tset** fideliss., cottus **Gömör**, **Kis** et **Nagyhont** et adjacentium superintendentem in psentia rnd. dnor ordinatus 6. julij ao 1717. Exc. dno superint., prout et majoribus meis legibus justis a se conditis omnimodam obedientiam promitto.

12.

Ego **Johannes Bartholomaeides** natus in pago **Klenocz** minoris **Hont** patre venerando dn. **Joh. Bartholomaeides** seniore contubernij spiritualis dicti minoris **Hont**, matre nobili **Catharina Chmelias Briznensi**. Literas et cognoscere et colligere didici in schola patria rectore p. t. **N. Andreae** hinc deductus in **Osgyan** imbuebar praeceptis d. **Mich. Missovitz**: inde dissipata scholastica cohorte et translato dicto pceptore **Mich. Missovitz** **Semnitium** contuli me **Semnitium** et ego, illius memor, quod alibi **Seneca**: Disce uni immorari loco et ingenio. **Semnitio** **Rosnyaviam** praeuntem secutus sum nominatum praeceptorem: **Rosnyavia** cum pceptore secundo derelicta **Eperiessinum** ad audiendum praecellentem professorem collegii **Epperiensis** **Joh. Rezik**, cujus et memoria dulcis apud illos, quibus ^{su} dedit documentum accessi. **Epperiensi** collegio decessurus commendatus et associatus fui excell. **Kerman** versus **Regiomontum** abituro, per quem commendatus iterum

magnifico rectori academiae Regiomontanae continui me Regiomonti: tandem accusato syncretismi Regiomonto jussu excell. Kerman pergebam Wittebergam, sed in procinctu itineris a quibusdam Hungaris, tunc jam civibus Dantiscaenis persuasus mansi Gedanii. Hic me miserum! circulum studiorum meorum non parum conturbavit, contemeravitq; pestis illa, quae ao 1709 Dantiscaeni inclementer desaevebat. Accepto deniq; nuntio de morte veneran. parentum, charissimarum item sororum, addo fratrum, minimo duntaxat in vivis relicto redii in patriam: sed quos deplorabam mortuos, redux, quod divinae bonitatis argumentum in psens quoq; agnosco, salutavi vivos, uno desiderato fratre suavissimo. Apud dnos parentes redux ab exteris oris 5 morabar annis, atq; sic ao 1717 d. 10. octobr. legitime vocatus ad eccliam Pokoracz in minori Hont pro pastore ordinario, remoto a sedibus parochiae antecessore d. Georg. Valentini Csetnekini officio sacro et venerando ao 1717 d. 15. novemb. ab excellentissimo reverendissimoq; dno Samuele Antoni pastore nominati oppidi et certor comitatum superattendente gravissimo in nomine venerandissimae Trinitatis dedicatus sum, quod felix, faustum, fortunatumq; clementissimus Deus esse jubeat!! cujus ope et auxilio adjutus pmitto reverendissimo superattendenti et aliis superioribus debitum obsequium et reverentiam. Amen.

Schmid 13.

Ego Johannes Schmydt Alnovia Gömmorien natus ibidem patre Andr. Schmydt, nunc apud coelites, matre Sophia Csuka, pie itidem jam denata ao 1692 die 29. aug. ubi baptisatus. Postquam succrevissem, studia initialia domi et alibi imbibi, psertim vero ao 1700 Kövinium abductus sub moderamine p. t. rect. dni Marcček aliquamdiu proficiebam, donec in gratiam linguae hungaricae Gömmörinum 1703 exmitterer, ibidemq; ultra annum commoratus rursus domum sub institutionem p. t. rect. dni Steph. ChLévény reductus eram cujus opera non tantum patria in schola, verum etiam ex post Csetnekiny inditum fuit augmentum meis studiis, ut et praeattacto in loco et Jolsvae etiam industriam multis modis declaratam hum. dni Andreae Fabri abundanter experirer. Prius tamen fama dni Michaëlis Missovicz captus binis vicibus nimir ao 1705 et 1710 in numero obedientium discipulorum numerabar pro incremento vero majori literarum Neosolij subsistens, inde observando abundantiore scientiam apud exoticas universitates quaerendam esse, ex consensu amicor // quia parentes in peste 1710 amiseram / Wittebergam visitavi, ubi pene per quadriennium enutritus celeberrimor theologor institutione, ad patriae servitia ao 1715 redij. In privato penes paedagogicam informationem herulor perill. Platthy de Dévék ultra triennium detentus, tandem mirabili Dei voluntate insperate evocabar Neosolio ad eccliam articul. evang. Neczpallen in cottu Thurocz, cujus legitima vocatione accepta cum plenitentiario // grosso dno Andr. Zemanka ad suscipiendos s. ordines Csetnekinum ad rndissum superint. exmissus die 20. 7br. 1718 in psentia utriusq; ordinis virorum ritu apostolico ministerij officium suscepi. Deus gratiam suam et imposterum declaret erga me miserum! Quod superest venerabilis hujus contub. legibus, ritibus obedientiam, obsequium debitum ut et majoribus reverentiam polliceor. Amen.

14.

Ego Andreas Labath in cottu Neograd pago Priboj honestis parentibus, nimir Adamo Labath matreq; Anna Antol ao 1609 // mense januario natus. Aqua babtismatis sacri tinctus primum pro hauriendis literar elementis primarijs ad Nagy Lom sub curam hnissi dni Orechouski eotum fascies scholae pagi ejusd gerenti, tandem ad alia loca probis ac meritissis praeceptoribus quibusdam in Xro jam quiescentibus, quibusd adhuc sub vexillo Xri nobiscum militantibus superstitibus munita, psertim ad Sennam, rectore eotum d. Joh. Benedicti scholae psidente, nunc vero quiescente, postea ad Lest dnum videlicet Paulum Figuram rectorem, nunc vero ord. V. D. ministrum eram traditus. Postqam adolevissem, Cremniczium ad clarissum dnum Parstitium eotum magistrum longe celeberrimum promovebar, inde Neosolium versus itinere simul et animo ad excolenda studia suscepto triennium sub cura fidelium paedagogor ac praeceptor longe meritissimor, nimir dni Egidii et Zitnay consumsi. Et quia has partes Czetnekianas eo tempore fidelibus ac diligentissis praeceptoribus suscepi adornatas, ao 1706 discen-

tes inter grossi dni Steph. Klévini praeceptoris fidelissimi eorum Alnovien-
sem scholam regent, nunc vero morte nobis intercepti adnumerabar. Ubi ve-
ro nominatus grossus dnus Klévini Alnovia abscessisset, sub curam fidelis-
si ac eximij dni praeceptoris **evocati** legitime grossi dni Andreae Fabricij
mihi aeternum venerandi placide me subjeci ac sub ejus nominati prae-
ceptoris cura fundamenta egregia studii rhetorici, oratorij, partim logici
optimaq; jeci. Ibid annis duobus consumptis iter ad praeceptorem dnun
Klévini scholae Csetnekien praesidi concessi, unde Deo ita disponente le-
gitime evocatus regimen scholae KisZelianaee biennio feliciter rexi, totu-
dem nacta vocatione subsequente scholae Szudicien in cotto Neograd situa-
tar. Ex Szudicz **evocatus** eram Közép Palojtam, ubi fere quinquennio regi-
mine scholae fauste administrato post abitum legitime remoti r. d. Georgij
Fabri ad instantiam ecclae totius toties institutam legitimis evocatus
modis regimen ecclae majoris favente Deo amplexus cum egr. Johanne Czekou-
ski ab ecclae ordinato comite ad suscipiendos ordines sacros Csetnekinum
ad psulem rndissum ac excellentissum superattendentem dnun Sam. Antoni
missus sum, ubi die 11. 10bris ao 1718 psentibus almae frattis Gömör viris
plr. rndis ac populo sacra die Dni celebrante frequentioreq; numero **exi-**
stente ritu ap lico ministerij sacri munus suscepi, quod Deus pro nutu
voluntatis suae regat ac incrementis gloriae suae ampliendae ecclaeq; di-
rigat suspiro. Caeter legibus, ritibus vrabilis fraternitatis hujus obe-
dientiam et sinceræ doctrinae augustanae puritatem juramento confirma-
tam servari promitto. Idem qui supra Andreas Labath mpr.

15.

Ego Andreas Fabricius more solito candidator ad sacr ministerium
ordinationis meae potius legitimaee, quam totius vitae transactae quoddam
exstare volens monumentum, brevibus declaro me esse Zoliensem. Sum etenim
natus in Felső-Micsina ao 1685, patre viro probo et honesto Adamo **Kowács**
dicto, perillustris tunc dni Thomae Beniczky ibidem certor bonor curato-
re atq; fideli administratore, matre vero itidem matrona honesta Catharina
Abrahamides. Nativitatem hanc sequuta Dei graa sprualis regenerao, **exi-**
stente baptista pastore adhuc evangelico rnd. et cl. dno N. N. Szulovino.
Lras, quantum ad elementa ipsa attinet, in patria didici, tandem expeditus
eram a matre vidua Neo-Zolium, demum Carponam, ubi duobus annis transactis
sub cl. dno Martino Dubowsky cum fratre jam adultiore post gata parentum
specificatorum transivi ad studia Kis-Zelinum septem vel octo annor puer.
Post biennium veni Csetnekinum, ususq; sum cura speciali viror in cineri-
bus venerandor dni Eliae Sartorii qua rectoris ordinarii, saepius, quod
etiam contigit, regimen suae scholae mihi ominentis, prout dni etiam Johan-
nis Fabiani, studiosi tunc pcipui. Anno expleto redii Kis-Zelinum ad pri-
orem meum pceptorem fidelissum d. Andr. Schuhajda: aliquot rursus annis
illuc continuatis assumpseram artem aurifabrilem discendam, quam cum dis-
suasissent plurimi perillres dni, dolentes quosdam tenues in me cognitos
pfectus, Caschoviam me contuli ad vrandum et cl. dnun Johannem Fabricium,
pastorem eo tempore ibidem nationis slavonicae et simul rectorem scholae
commendatissimum. Pellentibus hinc me bellicis tumultibus perveni Neozo-
lium ad clarissimos viros M. Johannem Burium et d. Stephanum Rilarik, sic
demum Rosnaviam tractus sum hungaricae psertim confirmandae gratia, ubi
quem egerim, informatore usus nobilisso d. Mich. Mischovicz, dnis ejus loci
et civibus constat omnibus, qualiterve in pposito salutandarum academi-
arum multitudo concurrentium ad diversa loca et officia vocationum impedi-
tus fuerim, viva adsunt testimonia. Victus tandem dnor Alnoviensium mul-
titudinis sollicitationibus suscepi regimen scholae apud eosdem, ipse /quod
fatendum/ regendus potius et docendus: feliciter tamen illud et non sine
fructu juventutis diversi ordinis per quinq; fere annos administravi. In-
de pulsus in exilium una cum vrando dno seniore d. Andr. Sextio, socero
meo desideratissimo: legitima obtenta vocatione rursus dirigendam scholam
hanc assumpsi Csetnekiensem, quam molestiis oeconomicis et aliis impedi-
tus difficultatibus informabam ut potui, non semper ut debui. Difficulta-
tibus ejusmodi in dies accrescentibus, licet ad vitae usq; terminum magis
pnus fuerim ad docendum potius in scholis, quam in cathedra ecclastica,
vocanti septemdecim vicibus Deo parere me nolentem trahere simul et tru-
dere jam idem decrevit Deus, quo agnito assensum pbui iteratis votis

Nagy-Szlabossensis ecclae, pmissisq legitime pmittendis ordinatus sum ritu apostolico per virum summe rndum excellentissimumq dnum Samelem Antoni, ab annis fere octo antistitem meum, filiali submissione devenerandum. Subscribendo etiam legibus synodalibus, venerabilis item contubernij hujus Gömörien ~~tanquam~~ puritati doctrinae salvificae minime repugnantibus dum suspiro devotus: **Ch**riste noVo **CV**pIo praesens **De**Vs esto **MI**nIstro!

/Obiit Andr. Fabricius emeritus contubernii eglici Gömörien senior post varias multasq adflictiones ao 1766 11. jan., die ejusdem mensis 16. ibidem in N. Szlabos ministerio rnd. **Joha.** Maior ejusdem ecclae pastoris et Andr. Schmañii antistitis Ratkovien et vener. contubernii senioris contumulatus, quorum prior ex Psal. CXVI. 15, alter ex **Jacob** l. v. 12 pro concione dixit. Requiescat vir magnus, sed multis domesticis adflictionibus exagitatus in pace! Complevit annos 81 et 10 dies./

16.

Ego Adamus Bartholomaeides - - - - - ("ord. 1720 Kis-Körössim")

17.

A - O . Ego Johannes Strigner lucem primam adspexi in cottu Gömör super. Hung. in villa Rostar prognatus ex parentibus evang. conf. aug. inv., patre puta honorato Georg. Strigner, matre **Sophia** Steller Septennis scholae patriae primum d. Martino Machner, mox Csetnek Eliae Sartoris, tandem Nagy Szlaboss Andr. Leporini ac deniq patentibus magis Iudis literariis Alnovien Steph. Chlevényi, linguae q hungaricae graa Rosnav. Mich. Missovicz rectoribus cura patris mei soleris hac in parte commendatus sum. Atq tanto numero intra octennium pene tantum audivi pceptores, puta ad an. 1706, nihilominus quantulacunq ea, tamen non sine oi fructu fuit mea apud ipsos mora. Illa enim tempestate et aetate ipse **memet** jam tunc celeberr. coeteroquin viro cl. d. Joh. Rezik prof. et directori p. t. collegii Eperien longiore oratione commendare poteram. Hujusq diligenti simul et paterna plane institutione per biennium citra fastidium usus sum, dumq absolutis disciplinaribus theologiam et philosophiam ex professo audire induxissem in animum, atq in universitatibus Saxon. idem fieret commodius, germanicae linguae cognoscendae causa Kesmarkinum **memet** contuleram sub exitum 1708. Post annum unum in maximis tumultibus bellicis decreveram, quod constanter coeteroquin volvebam in animo, salutare universitates: sed proh dolor! pede id infelici tentavi, ad confinia enim Polonica ab erronibus aliqb kuruczonibus spoliatus ac bona parte aeris privatus cum dolore et in maxima confusione primum quidem ad Kesmark patronos, tandemq ad patrem charissimum redii. Atq tunc Hungaria tota, mae vero oibus scholasticis turbatis de oi pene ulteriori progressu in re literaria desperans delegeram cum cl. jam Steph. Grebecz, p. n. rectore Schemnitz adire gymnasia Transylvanica. Dici non potest, quanta cum difficultate itineratio illa ob tumultus bellicos et pestem ao 1710 susceperimus. Ipse substitit Cibinii, ego transiveram Coronam, ubi cl. Joh. Neidel prof. et rectoris pcipue publica, privata vero cl. et per Transyl. celeb. viri M. Marci Eronii institutione cum academicis aliqb ministerii candidatis usus sum per annum et quod excurrit, apud ipsum paedagque existens. Hinc graecae linguae ergo Graecos Macedonas primum adiveram, indeq deveneram Constantinopolim usq, donec tandem mira quadam fatalitate Benderae Tartaror ad s. majestatem Carolum XII. Svecorum regem, tunc de restituae rerum suar per portam ottoman cogitantem aliquandiu subsisterem sollicitaturus de aliqua stipendio academico. Indulto hoc benignissime a sua matre ad academiam Grypticam Pomeranor properavi: post biennium inde, quia provincia illa praeda hostium facta, inter maximum armorum strepitem exivi atq Halae Saxonum ao 1713 substiti, albo academico insertus existente prorectore D. theol. Paulo Antoni, vixiq constanter sub fideli instituae celeberr. viror in **tribus** signanter facultatibus ad annum usq jubilaum reform. felicissae per b. Lutherum factae. Maxime autem **usus** sum instituae D. Breüthauptii abbatis Bergen., ornatus ab ipso et caeteris dd. ephoris regis triplici egregio beneficio: eram enim in seminario theol. et alumnus regius per triennium. Hinc tandem concesseram Jenam ac non longo post tempore Witebergam: quia tn defectu aeris laboravi, decrevam, quod

caeteroquin non facile putarem, redire nimir in patriam. In itinere ergo primum quidem Lipsiae, tandem ap. certum magnatem Silesiac. per aliquod tempus substiteram, donec ao 1719 usurparem suos: hinc jam quantopere res meae conclamatae fuerint per biennium pene, maxime occasione vocatiois ad eccliam Taxovien, dum ab oi parte nil nisi pietismum, qa Halae studui, in me injuriose pleni ira et per malitiam invidiamq detruderunt, donec tandem re melius perspecta per reverendiss. et excell. dn. Sam. Antoni superatt. graviss. pvio examine solenne ad eccliam Gecelovien in templo cathedr. Csetnek pro VDM legitime ordinarer ao 1720 die 21. martii.

18.

Ego Stephanus Bodzai Koltensis ex cottu Castriferreo Ung. natus sum ao 1692 patre dno Georg. Bodzai, viro nobili et matre Eva Lendvay, eadem nobili. Prima studiorum fundamenta in schola patria jacere vix licuit, nam mortua, dum tertium agerem annum, altera parente, mox anno aetatis sexto per materteram, feminam religionis orthodoxae ad multorum admirationem usq tenacem Jaurinum invito fere et inscio patre delatus, ibidem scholas frequentare coepi. Varios hic /quia rectores praeceptoresq crebrius mutabantur, quam juvenuti fuisset proficuum/ nactus sum praeceptores. Primum horum veneror clariss. dn. Mich. Csereti, nunc pastorem eccliae evang. Nemeskeriensis meritissimum: hunc mox post meum adventum excepit rector plurim. rndus et clariss. dn. M. Andreas Torkoss, nunc eccliae Jaurinensis minister fidelissimus. Huic vix per annum cum dimidio scholam regenti successit pl. rndus et clariss. dn. Michael Aáts /nunc apud coelestes/, qui dum per breve tempus ibi ageret, advocatus est. Post hunc nactus sum rectorem humaniss. dn. Joannem Schmidelium, cujus ductu ad rhetoricum usq studium perveni. Huic vero in peste mortuo surrogatus est clar. dn. Joannes Tóth, nunc eccliae Tethiensis pastor vigilantissimus. Sub his dum proficerem, non tantum a plur. rndo dno Torkossio, fautore patris instar vrando ad custodiam templi et altaris Jaurinensis susceptus sum, quibus operam septem admodum annis ea qua poteram diligentia locavi meam hic verum etiam, dum ordinarius advocaretur cantor, per annum cum dimidio choro nat. ung. praefui. - In eo jam res erat, ut ordinarius constituerer chori director, nisi animus discedendi cupidus aliud suasisset. Oblatum igitur deprecatus munus, dum veniam aegre impetrassem abeundi, Neosolium memet contuli, ubi duobus et si quid excurrit annis sub plur. rndo et clariss. dno Matthia Beal, nunc pastore Poseniensi et clar. dno Paulo Simonides, nunc rectore Neosol. felicissimo literis vacavi. Inde suadentibus patronis, juxta et praeceptoribus Saxoniam, sanctioris literaturae matrem longe foecundissimam ao 1714 mens. majo adii, ibiq prae aliis Vittebergensem elegi academiam. Hic dum sex annos transigerem, audivi ejusd academiam doctores et professores celeberrimos, puta in theologia dn. D. Wernsdorffium, dn. D. Mart. Chladenium, dn. D. Frid. Schröerum, dn. D. Klausinium, in disciplinis philosophicis dn. prof. Hassen, dn. D. Löschnerum prof. phys., dnum adjunct. ab Elsvig, alios. In linguis dnum adj. Classelium et dn. M. Hagerum. Hic dum agerem, plus simplici vice fautores ex patria vocationum, si appeterent, fecerant mentionem, quas tamen partim voluntas patronorum, partim vocare volentium mors praepedivit. Silebam ad haec et occulta Dei consilia non tam rimatus, quam veneratus sum, certo sciens Deum me, etsi in ultima terrae parte essem, suo tempore inventurum. Spes confisa Deo nec hinc confusa recessit, nam dum nihil tale meditarer, immo ex benignitate patronorum Jaurinensium adhuc annum in academiis degere deberem, ecce! literae exploratoriae, num vellem in ecclia Kun-Taplotzensi /semel mihi per transcursum visam/ Deo servire nec ne, quaerunt. Quid facerem, nutumq Dei num exocularer, vel suppressere studerem, diu mecum dubitavi: sed consultis ante omnia quos tum ibi venerabar praeceptoribus, tandem etiam dn. patronis Jaurinensibus, dum ab utrisq vocantem Deum sequi juberer, nutui divino parui. Hujus ergo sub praesidio iter, plurimis saepe periculis ac molestiis obnoxium mense febr. adgressus, per mediam Saxoniam, Silesiam et Poloniam veni, cursumq quod unice divinae protectioni acceptum fero, absolvi feliciter. Vix in patria pedem figebam, dum alia rursus offerebatur vocatio, at superiorum et conscientiae suasu prima tenenda fuit. Ad nominatam ergo eccliam Kun-Taplotzensem legitime vocatus in eo, quo Deo servio templo a plur. rndis et clariss. dnis assessoribus publice examinatus ac mox

V. 54. 258. a.

adstante populo ab excell. et max. rudo viro dno Sam. Antoni, ecclae Tsetnek pastore ordin. nec non incl. cottuum Gömör, Kishont, Torna et alior superatendente gravissimo more aplico ordines sacros suscepi. Domine! in tua vinea plantare et rigare meum erit, da quaeso incrementum! Quod superest, excell. dno superattendenti et justis venerabilis contubernii legibus ac ritibus et superioribus debitam promitto obedientiam. Kun-Taplocza ao 1720 d. 26. april. mpria.

19.

Aldassy

Egon Paulus Aldásy sive Benedicti, quod idem est, natus ao 1686 in possessione Poltar i. cottus Neograd, patre Blasii Benko sive Benedicti, matre Elisabetha Bracsok pauperioribus, sed tamen ingenue honestis. Anno aetatis octavo labente per devotionem ob morbum caducum seu epilepsiam frequentiore, progenitorum curatela traditus fueram pro elementis literaturae solidioris addiscendis viro humanissimo dno Matthiae Witanovsky, sub cujus et successoris ejusd Pauli Polevsky manuductione per octennium commoratus, ad syntaxin usq solida grammaticae fundamenta semper profutura jeci felicissime. Fidelior manuductor meus et post fata aestimandus praeceptor juxta ac pater obtigerat grosus dn. Mich. Missovitz, cujus industria ad logicum usq studium perductus et frequentius apud eundem variis inferioribus classibus informandis adhibitus, Eperiessinum ejusdem suasu concedens in philosophicis clariss. dnum Johannem Rezik atq in theologicis audivi, incl. collegii patronatu mediante integrum triennium et quod excurrit classis syntacticae et poëticae praeceptorem publicum exegi. Numine supremo coeptis annuente, in spem altioris sublimationis publicis incl. collegij sumptibus ad confirmandam literaturam in Saxoniam extrusus Jenensis universitatis curatoribus et legibus subscripsi. Qua celeberrima in universitate per biennium commorando fidelissimos manuductores pro facultatum varietate sum veneratus: in philosophicis philosophum meo tempore totius Germaniae Joh. Jacobum Syrbium, in theologicis thetica Andream Dantzium, ut et in linguis orientalibus: in polemica Michaëlem Förtschium, in mathesi Georgium Hambergerum semper per venerandos habui praeceptores, quibus valedicto Altorfinam in Noricis per annum cum ejusdem doctoribus Christophoro Sontagio, N. N. Zeltnero semper venerabar, quibus Deus benefaciat temporaliter et aeterne. Revocatus Eperiessinum literis spect. ac gen. d. Nicolai Szirmay per alium citius appellentem promotione sum remotus ac indiem in i. cottu KisHonth loco Osgyán per triennium publ. praecept. officio defunctus etiam Csetnekini per dimidium annum juventutem informavi. Tandem per Gömörienses evocatus ad regendam eccliam non sine Csetnekiensium et mihi et toti sacrae contubernij coronae amarulentis molestiis descendi, quam Deus memet os addente spru sto ad seram mundi vesperam pergratam una mecum in coelos translocet. Subscripsi legibus v. cont. Gömör sub superintendentali cura ven. Sam. Antonii ordinatus Csetnekini ao rep. salutis 1720 die 6. augusti mpria.

20.

Hruszkowitz

Ego Samuel Hruscowitz patre Emerico Hrusca, matre Rebeca Zimani Carponae genitus, studiorum meorum fundamenta variis in patrias scholis, utp domestica Carponensi, Alnoviensi, Rosnaviensi, Schemnit., maxime autem Neosoliensi jeci, praeceptoribus viris humanissimis clarissimisq dnn. Mart. Dubowski, Jona Sartorio, Andr. Fabricio, Mich. Missovitzio, Sam. Zelenka, Matth. Belio, Joh. Maior, potissimum vero Paulò Simonide usus: quae quidem confirmare et augere in academia Vitembergensi ao Chr. 1717, 18, 19 ingenue adnissus sum. Inde vero a perill. dno Davide Spielenbergero, spectabiliq dno Johanne Radvanski evocatus filiisq ac clientibus illorum praefectus ephoria istam p annum Neosolii functus sum. Postquam vero Deo optimo placuit me ad ministerium ecclae Marotensis in cottu Nagy-Hont sitae medio patrorum, venerabilis contubernii ac totius ecclae consentientium legitime designare vocariq, sacro huic Muneri Csetnekini solito publico et sollemni ritu, praeside exc. et ampliss. viro dno Samuele Antoni admotus sum et initiatus, quod ut Deus ad nnis sui gloriam, ecclaeq suae commodum benigne dirigere velit oro atq opto. Csetnek a. 1720 d. 7. aug. mpr.

21. *Aertelius*

Ego Johannes Godofredus Ertelius natus sum generosis parentibus patre Paulo Ertelio, lib. reg. ac. mont. civ. prim. Cremn. senatore, matre Anna Binneria: mox ubi annos pueritiae egerem, in schola patria praceptoribus praeclar. dn. D. Parstio, Joh. Corvino, Dan. Regis, Joh. Wechtero, Steph. Tratnyakio, Joh. Majore, Andr. Alberto educatus fui, post Rima-Szombatini sub ferula cl. dno. Andr. Göboly et Andr. Széplaki addiscendae linguae hungaricae per 3 annis operam navavi. Inde Neosolii per quadriennium studiis elegantioribus sub rectoribus clar. dno Matthia Belio, Joh. Majore et Paulo Simonide me applicavi, tandemq. suasu patronor Wittebergensem academiam salutavi, ubi profess. usus in theologicis et philosophicis ut et philologicis magnif. dnis D. Gottlieb Wernsdorff, D. Martino Chladenio, D. Georg. Frid. Schroero, d. Guilelmo Jano, D. Joh. Christ. Wichmanshausenio, D. Henr. Klausungio, d. Hermanno ab Elswieg, Schrödero, Weidlero, idq. ab 1716 ad annum ~~1720~~ 1720 usq. Inde felici auspicio redux post duos menses illico ab ecclia Osdgyanensi pro pastore ejus ordinario legitime vocatus atq. a viro summe venerabili excellentissimo atq. amplissimo dno Samuele Antoni ecclar. evang. sup. erattendente gravissimo meritissimo in solenni rndor viror conventu ordinatus fui, quod factum Csetnekini ao parthenozokias MDCCXX. Symbolum: In Göele mEo Cuncta Perficiam.

22.

Ego Elias Fabri patre v. dno Johanne Fabri, matre Susanna Blaho ao 1692 in mpago Turopola cottus Neogradien prospero partu natus. Studior meor fundamenta variis in patriae scholis, nimirum Carponensi, Neosoliensi, Brisnensi, maxime autem coll. illustr. Epperiensi jeci, pceptoribus variis usus, hnisso dno Jona Sartoris, cl. dno Matth. Bel, professore cl. dno Sam. Matthaeidae. Tandem causa excolendae linguae hungaricae in Transylvaniam me diverti ac ibi in collegio Mediensi et Colosvariensi studia et linguas excolui: inde redux rectoratus officium in Also Sztrihova, suadente perill. dno Ladislao Madacs et perill. dno Ladislao Dobai regendum suscepi, ubi feliciter 5 annis peractis p suffraganeo meo dulcissimo genitori gangraena laboranti divina providentia ita ferente successi. Sacro huic muneri Csetnekini ritu sollemni, pside excellentissimo et amplisso viro Samuele Antoni initiatus sum, quod felix faustumq. eveniat supremum n. coeleste sancte invoco. Quod factum Csetnekini ao 1720 d. 21. aug. mpr.

23.

Ego Paulus Reberius in oppido Bocza Bánya patre rndo viro Andrea Reberio, matre Maria Strba prognatus. Post sexdecennalem Trenchinii, Caesarofovi, Rosnyaviae, Epperiessini studiorum intuitu peregrinationem bienio in rectoratu patriae ecclae expleto, post fata desideratissimi genitoris sacros ordines eidem successurus ao 1720 d. 21. aug. percepi.

24.

Ego Matthias Kolbani in oppido Grenitz cottus Scepusiensis patre rndo Paulo Kolbani, matre Maria Toporcensi natus, post sexennale evolutum officii scholae Nustensis tempus Deo sic regente in eccliam Cserencensem evocatus, ordines sacros consecutus sum Csetnekini ao 1720 d. 29. novembr.

Dlhányi 25.

Ego Johannes Dlhányi in R. Brézow in incl. districtu Kiss-Hontensi sito, patre egr. viro Matthia Dlhány, matre Helena Malatinsky ortus, post decursum medii anni officii rectoratus in praetacta patria mea Deo sic volente in ecclesiam Derencsiensem evocatus ~~evocatus~~ ordinem sanctae consecrationes suscepi Csetnekini ao 1721 d. 2. aprilis.

26.

In gloriAM Dei patris, eIVs filii et spIrItVs sancti !
10. junii. Ego Michael Holko natus honeste patre Matthia Holko, matre Elisabetha Szikora ita fati ferentibus in oppido Szomolnok cottus inclyti Scepusiensis. Literis operam dabam potissimum Neusolii sub viris clarissimis d. Joh. Pilarik, d. Beel, d. Simonide, unde evocatus ordinarie Deo volente in eccliam Taxovien choro et scholae servivi 8 annis et quod excurrit. Jam Deo vocante ordinarie sacros ordines suscepi a dno excellentissimo Csetnekini in eccliam Ochtinensem.

27.

Ego Johannes Grellnercius in Kyete comitt. Gömöriensis sito patre rudo viro dno Andr. Grellnertio, matre Anna Monkovits ortus, in comittatu eodem Rosnaviae imo et in Osgyan apud dnum grosu Missovicz studia pertractans expletis in Pongyelok in offitio rectoratus annos 5 Deo ita volente in eccliam Kijetensem evocatus sanctae consecrationis ordinem suscepi a dno excellentissimo Csetnekini ao 1721 d. 10. junii.

28.

Ego David Frühauff ~~Frühauff~~ natus Leuschoviae parentibus egregio Georgio Frühauff Coburg-Franco pellione et matre Anna Guschakiana. Principia prima cl. dno praecept. Martino Dubovsky rect. Leutsch. duce ibidem levavi, demum 1710 ad 1711 Vratislaviae pceptoribus excell. dno Krantz, Daschizki, Pohlio usus, ultimo Witteb. magnif. Wernsdorffio, Chladenio, Schroero, Clausingio, Schroetero. Inde auspicio felici redux substitus excell. dno Schwartz cottus Saaros superint. Eperiessinum vocatus, post biennium pulsum a jesuitis passus, nunc vero ordinarie ab ecclia Tobschensi vocatus ordinem sanctae consecrationis suscepi a viro excellentissimo atq doctissimo viro dno Samuele Antoni. Csetnek die 2. januarii 1722 mpra.

29.

Ego Andreas Apostoli natus sub arce Gacsien in oppido sito, patre Samuele Apostoli, matre autem Zuzanna Zabochnik, educatus in scholis partim in Hungaria, puta Maskoviensi, Tamasfalvensi, Osgyaniensi, Alnoviensi et Kajsermarkiensi, partim autem in Trans-sylvania, puta Mediensis et Coronensi, inde redux ad officium rectoratus acceptus in scholam Padariensem, inde in Szirakiensem, undem tandem Deo ita volente et jubente ab ecclia Pilisiensi in cottu incl. Pestiensi vocatus ordinem sacrum accepi a viro excellentissimo atq doctissimo dno superintendente Samuele Antoni Csetnekini die 20. mensis julij ao 1722 mpra.

30.

Suhajda

Ao 1722 d. 29. julij ego Paulus Suhajda civitate montana Bačabania oriundus Joanne Suhajda et g. matre Anna natus, ubi divina adjutus gratia Csetnekini, Eperiesini, in Transsylvania Cibini et Posonij studium literarum decurrissem, sacris ordinibus ab excell. dno Samuele Antonio pro legitimo Sajo-Gömöriensi pastore, annuente Numine ac incl. contubernij adm. reverendis dnis initiatus sum.

31.

Kmethony

Ego Thomas Kmethony natus Vetusolii egregio Thoma Kmethony et matre Elizabetha Liptak. Principia literaturae cultioris habui in patria Vetusolii, docente tum dno rectore Valentini et dno Bukovinski, inde profectus sum Rosnaviam, usus sum praeceptore dno Missovitz, tandem adiens Neosolium ad r. d. Beli et c. d. Simonidis et a. r. d. Majoris rectorum praeceptis institutus. Deniq Jaurini opera a. r. cl. Martini Wasoni informatus divini numinis indultu et singulari Dei providentia in Jenensem academiam concessi, ibiq per tres annos fideliter sum institutus a summe rndis D. D. Mich. Förts, Joh. Andrea Dantzio et Joh. Fran. Buddeo. Redux in patriam legitime in eccliam Köviensem vocatus a sum. rdo excelso, doctissimoq dno superintendente Antoni ordines sacros suscepi Csetnekini 1722 ~~III.~~ sept. 14.

32.

Ao 1723 die 26. januar. Ego Stephanus Szikray pago Kövi oriundus patre Petro Szikray, matre vero Susanna Lárho: tandem divina adjutus gratia studiorum meorum cursum primum ibidem in pago Kövi, postea Radvanij et Csetnekini consumavi, ita dehinc in eccliam Harsas Teriniensem legitime sum vocatus et a summe rudo excellentissimo simulac doctissimo dno superintendente Samuele Antoni Csetnekini sacris ordinibus initiatus. Praefuit antehac in partibus Transdanubianis scholae Pupensi et Szent-Andrasiensi, inde redux scholae Osgyanen per annos 4 cum dimidio, ex qua vocatus in pfatam ecclesiam, cui Deus ex altis benedicat. Die et anno ut supra.

Vr. 54. 26A.0.

33.

Ego Samuel Sartorius Czetnekiensis, natus clarissimo reverendo viro d. Elia Sartorio et matre dna Catharina Bodo. Principia prima lrarum habui ad latus cl. d. patris Csetnek. et Alnoviae, deinde profectus sum Carponam usus pceptore Jona Sartorio, inde Wratislaviae extiti sub excell. D. Krantz, Daschizki et Pohlio, ultimo tandem perveni ad academiam Vittebergensem, ubi usus sum in studiis magnifici doctoris Verensdorffij, magn. doct. Chladenij, nec non m. d. Schröeri opa, unde rediens auspicio Dei postq in schola Köviniensi sexennium exegissem, legitime ab eccla Nustensi vocatus a summe reverendo excellentissimo, doctissimoq dno superintendente Samuele Antoni ordines sacros suscepi Czetnekini ao 1723 die 29. jan.

34.

Ego Johannes Žirko Skalnocensis natus clarissimo rndo viro Jacobo Žirko et matre Anna Bobka ortus in comittatu KisHontensi: post decursum vero unius anni et 20 septimanarum in schola Brezoviensi sic volente Deo in ecclesiam Skalnocensem evocatus et ordinatus more apostolico in oppido Csetnekiensi ao 1723 die 19. martii.

Gecs (Gees?) 35.

Ego Stephanus Gécs Rahovien, natus patre egregio viro Blasio Gécs et matre Susana Krumb. Prima fundamenta posui in patria sub ferula eruditi viri Georgii Kloch, illis addidit institutio satis fidelis doctissimi viri dni Andreae Fabri tum temporis rectoris Csetnekiensis meritissimi. Et cum aliorum quoq desiderarem in informando operam, placuit mihi adire sed audire studia clarissimi doctissimiq viri dni Georgii Bohuss liberae regq cittis Kesmarkien pro tunc rectoris ordinarii. Illac non postrema cum spe contuli met Neosolium, uni clarissimi viri dni Pauli Simonidis post annos duos commendatione in aulam per. ac grosae dnae Katharinae Radvanszky publici pceptoris officio ornatus Neosolio descendere volui, tandemq annos pariter post duos pro ordinario rectore scholae Poltariensis evocatus annis quinq integris scholae illi pfui et post decursum illor ad ministerium ecclae Thuričkensis evocatus in oppido Csetnek more apostolico sacros suscepi ordines ao 1723 die 6. aprilis.

36.

Ego Andreas Eger natus d. parente rndo quond ecclae Polichnensis Johanne Eger, matre vero Anna Fabiany. Initium literarum sumsi sub ferula praefati dn̄i parentis, tandem consilio dni parentis pro excolendis studiis profectus sum ad Also-Sztregovam, hinc Briznam sub institutionem hnis- si dni Brezány me contuli, inde Roznaviam profectus manuactioni d. Michaelis Missovicii me commisi. Tsetnekinum post me contuli et dexteritatem ac fidelitatem d. Steph. Clivini ac jam nunc clarissimi viri dni Andreae Fabri expertus sum. Ultimo pro continuandis studiis Eperiesinum me contuli, ubi fidelem ac industrium d. propheorem M. Matthaeidem expertus sum. Hic existens vocationem pro regenda schola in cottu Neogradien sita Nagy Kürtesiensi vocationem /!/ percepi, consumtisq ibidem octo annis cum dimidio ad regendam scholam A. Sztregoviensem i. patronatus desiderio satisfacere volens me contuli, annum vix finiens Polichnensis ecclae gubernacula regenda mihi porecta /!/ sunt. Sic jam consentientibus singulis s. ordines ab excellentissimo dno Samuele Antoni percepi Esetnekini die 21. junj ao 1723.

37.

("ord. 1723 ad Csömör")

Ego Samuel Jacobei natus patre rndo dno Paulo Jacobei - - - -

38.

Kadassy

Ego Georgius Cadasi natus patre viro egregio Michaelae Cadasi, matre vero Maria Blahut. Fundamenta elementaria studiorum meorum posui in schola patria Szalatnensi sub instituae humanissimi ac doctissimi viri Michaelis Fidicinis: hinc accuratiore scientiarum usu instrui gestiens, trans- tuli meipsum in Turopolam, ubi opera humanissimi viri Andreae Princzfalu-

si donati notitia mihi obrepsit. Facto hoc suasu praeclarorum quorundam virorum de juventute scholastica optime meritorum syntaxis ac aliarum facultatum instrumentalium pertractandarum fine Csetnekinum "ex quo velut equo Trojano pubes literaria, commodis tam politicis, quam ecclesiasticis velificatura felici successu prodiit prodibitq Deo halcyonia ecclesiis largiente futuris quoq aetatibus". Ceteras scholas, in quibus facultates principales mihi pernoscere licuit, sicco pede transilio: ad do saltem me ex gymnasio Carponensium ad scholae KisZeliensis, tunc ad Bankiensis, deniq ad Kozepsö Paloitensis moderamen ac regimen legitime evocasse: hic fideli opera juventutem literariam instituendo potitus sum felicitate ea, ut ad eccliam Nagy Lamensem exitus sim ordinarii ministri ecclae partibus functurus. Tandem consensu totius ecclae accedente ordinis s. ab excell. viro dno Sam. Antoni accepi die april. 9. 1724.

39.

saCrI InCorrVptVs persIstat DogMatIs VsVs. Ego Samuel Makovini natus ao 1690 die 21. febr. in pago Restér, patre rndo viro et de ecclia Christi bene merito Johanne Makovini, matre vero honesta et pia matrona Zuzanna Lucae. Posteaquam infantiam meam pij domi pie praenominati educassent parentes, scholasticae informandam tradiderunt disciplinae pueritiam, patriae videlicet scholae rectori Martino Machnero, Csetnekinum deinde missus praeceptorem nactus sum h. ac subacti judicii Evárum Eliam Sartorium, privatum autem Johannem Fabiani, classis grammaticae et syntacticae collegam. Fata feliciora ecclesiae ao 1704 dum illuxissent, peregrini Jolsvam, usus per triennium pceptore solertissimo et ad informandam juventutem feliciter nato gen. d. Steph. Chléviny. Inde profectus Rosnaviam, communem //prout ferebatur/ patriae praeceptorem in studio poético per annum unum audivi dnum Mich. Mischovicz: quia vero celebre tum fuerat Eperiense statuum evang. collegium, valedicens honeste Rosnaviae ao 1707 die 12. martii membrum deposito solito juramento pnominati factus sum illustr. collegij. Per triennium humilis assedi pedibus veri Gamalielis, clariss. nempe ac in re literaria versatissimi viri, jam piis fati functi Johannis Rezikij, studium oratorium et logicum, theologicum etiam audiens, tunc imo hauriens. Eperiensino morbus contagiosus integrum fere inficiens colium collegium Kesmarkinum ire jussit: parui promptus, inquam dum devenissem, ~~am~~ scholam, promptum porrexi me auditorem rndo et clar. viro dno Johanni Noë, p. t. scholae pnominatae industriae rectori. Sed quia fata ecclar et scholar Christi D. molliora mutata sunt tempore illo in exilium, posteaq per hebdomadas 26 commorasse ibidem, pprimis ppter ediscendam linguam germanicam, evacuare urbem et scholam coactus sum. AB AO JAM 1712 ad psens usqu tempus senili adhaerens rndi et venerandi patris mei lateri, divina sic moderate et jubente providentia in locum vivente adhuc, verum confecto aetate simul et laboribus dulcissimi mei parentis successi, ordinatus ritu apostolico praeter omne meritum meum in facie loci per excellent. ac rndissum virum d. Samuelem Antoni, cujus excellentiae non solum obedientiam filialem fide non fucata promisi, verum etiam Deum ppotentem devotus oro, faciat ejus rndissam dignitatem multos in annos feliciter vivere, florere. Anno ut supra die 27. junij.

40.

Ego Andreas Vietoris natus ao 1704 die 5. junij honestis parentibus patre plur. rndo jam in Christo suaviter quiescente Matthia Vietoris, matre vero Susanna Machner, qui quum me per sacrum baptismatis fontem curassent ecclae Christi inserri, id sibi offitii datum fuisse divinitus credebant, ut post infantiam me unice Deo sacratum litteris imbuerent, velut etiam fecerunt initiati memet curantes in pago Schüvete. Ubi tamen quum vdlit adhuc quaedam inditia et signa futuror aliquando progressuum ostendissem, rnd. dnus parens supremum diem placide obiit, quo facto relicta dna mater a bono proposito non recessit, quin potius statim post mutatum statum suum lugubrem me primum disciplinariae instructioni rndi dñi Stephani Dorok commendavit. Quumq ibi jecissem fundamenta cum in latino, tum in hungarico idiomate, exactis Rosnaviae post fata Missovicz duobus annis contuli me indultu d. matris et alior Csetnekinum ad humanis sum et doctissum Andream Fabri, ubi jactis grammaticae fundamentis reipsa postulante concessi Kövinium, ubi a clariss. dno Sam. Sartorio disciplina-

tus non sine fructu superatis duobus annis regressum feci iterum Csetnekinum, existente adhuc hssso dno Andr. Fabri, qui tibi in syntaxi profectus fecissem, discessit, eidemq successit cl. dnu Paulus Aldasi, sub cuius disciplina haec adauxi, sed imprimis post discessum hujus sub hnisso ac grosso d. Joanne Fabricius syntaxim, poësim simul et eloquentiae studium continuavi. Ubi quum adhuc porro per d. patronos et fautores detentus fuisset, speciali quasi providentia divina advenit vir clarissus doctissus d. Petrus Paulus Lendraj praeceptor meus omnium fidelissimus, nunquam satis aestimandus, sub cuius fideli instructione audire mihi licuit jam superiora et solidiora, utpote logicam, phisicam, metaphicam /!/, philosophiae quippe partes, ut etiam ss. theologiae potiores partes, velut catechetico acroamatico polemicam, sacram hermeneuticam, theologiam pastoraalem, inter haec historiam Hungariae, cui Deus ex alto abunde retribuatur. Cujus viri cum adhuc auditor atq discipulus fuisset, juvenis adeo 20 annor existens evocatus sum in eccliam Kuntaploczensem pro ministro verbi Dei, ubi finitis finiendis etiam ritu apostolico ordinatus sum per summe rndum excellentissimq superintendentem Sam. Antoni, cui velut debita semper obsequia promisi, sic Deum T.O.M. precatus sum vitam longaevam, felicem, incolumem etc. Anno millesimo septingentesimo vigesimo quarto die 4.7bris mpr.

41.

Anno 1686. Ego Johannes Lauro genitus sum parentibus egr. viro Jacobo Lauro, matre Elizabetha Hrčka in cottu Arven pago Chlebnic dicto. Prima rudimenta honestarum literar in lyceo Carponen sub ferula praepceptorum Martino Kosec, Samuele Albini et Andreae Fabrici feliciter jeci: aedificium politioris eruditionis sub praeside viro clarisso doctissoq dno Mart. Dubovsky Carponae et dno Misovicz Rosnaviae superstruxi. Semina theologica et logica Brizno Banyae juxta fidelem dni Johannis Brezani informationem memoriae impressi, classis syntaxeos praepceptor publ. per spatium unius anni extiti. Ao 1708 Brizno-Banya per incl. familiam Szentivanien evocatus scholam Szentivanien regendam suscepi: post effluxum anni per adversarios mediante Hajsteriano mandato exul a schola factus sum. Ao 1709 familiae Benedek-Falvens Szentivaniensq post triennii liberor informationem afflictissimum Brizno-Banyae perferre debui exilium. Ao 1716 graa Dei singulari Brisna ex sorte durissima in schola Nagy-Libercesensi pro rectore evocatus 8 annos continuavi. Nunc vero nutu Dei benigno et gratioso in eccliam Nagy-Lamensem sum vocatus et per excellentissimum dnum Samuelem Antonij ecclae Csetnek verbi Dei ministrum vigilantissimum in psentia clarissor viror ordines s. suscepi anno DVLCIa non LegIt qVI non gvstaVIt aMara die 7.7bris.

42.

Ego Elias Sartorius Csetnekien, patre cl. ac doctissimo viro dno E. lia Sartorio et matre dna Catharina Bodo natus. Primis pueritiae meae diebus initia literar habui et coepi apud dulcissimum, jam pie denatum cl. dnum parentem meum Csetnekini et Alnoviae, postmodum sub speciali pereximi dni Clivini inspectione. Parentibus vero meis e vita decedentibus superstite tn excell. dno Andrea Bodo, dno avo meo curae et informationi p. ac doctissimi dni Michaelis Misovicz ammandatus sum et exmissus Rosnaviam, ubi ad annum usq aetatis meae 19mum promovi studia. Postquam vero et senioribus et junioribus meis privatus fuisset parentibus, usus bonor viror consilio Jaurinum me contulli /!/ et ibi cum non paucis meis Coreitanis et conterraneis sub cl. d. Kis tunc rectore Jauriniensium eram auditor rhetoriae et alior pietatis studiorum, potissimum idiomatis hungarici. Exactis ibidem duobus annis ad videndas simul et revidendas res meas redij in mpatriam, tandem rebus meis bonum in ordinem reductis Transylvaniae visitavi partes, ubi illas etiam vidissem, ultimo redij ad suos et pro cfirmatione studior in numero musar Csetnekien sub cl. d. Fabriceij institutione scholastico. Post breve tamen temporis spacium postquam videlicet scholam Csetnekianam visitassem provincia scholae Sajo Gómorien mihi oblata est, quam sustinui et administravi 7 annis, 4 mensibus et diebus septem reliciter, utiliter, pie et diligenter. Hinc ex mera Dei gratia legitime ab eccla Gómör Panyitien evocatus ab admodum r. cl. amplisso excellentissimo doctissimoq dno superattendente Samuele Antoni sacros suscepi ordines Csetnekini ao 1725 d. 7. febr. mpra

43.

Ego Johannes Szallay natus sum parentibus patre Paulo Szallay inhabitatore oppidi Jolsvensis, matre Susanna Antaliasiana. Initia prima studiorum posui Alnoviae, illac vero profectus Csetnekini sub /jam! / rndo clariss. Andrea Fabri usq ad studium syntacticis perveni. Kesmarkini praeceptorem usus sum clariss. atq doctiss. Georgio Bohuss. Deo ita volente ad gymnasium Posoniense deveni praeceptoribus usus cl. atq rndo Marthio, cl. Berio. Ao 1722 contuli me Jenam, ubi institutione usus sum magnifici doctoris Andreae Danz, magnifici D. Buddei, magnifici Valchii, magnif. Russij. Evocatus legitime ab eccla Csabensi a sum. rndo excellentissimo doctissimoq dno superintendente Sam. Antonio ordines sacros suscepi Csetnekini ao 1725 d. 26. febr.

44.

Ego Martinus Sartorius natus sum in Alsó Sztregova parentibus Matthia Sartorio, matre Anna Kompan. Initia studior meor jeci in patria sub d. Samuele Coronio, progressum Cassoviae sub d. N. Franko, tandem Alnoviae sub dno cl. Andrea Fabri et Sam. Zelenka Schemn. continuavi. Ao vero 1725 evocatus legitime ab eccla Polichnensi pro pastore s summe rndo, excell. ac amplissimo dno Samuele Antoni superintendente meritissimo rite ordines suscepi die 2. maij mpra.

45.

Ego Martinus Sinkovitz natus sum in cottus Zoliensis libero oppido Pleschovitz parentibus Thoma Sinkovitz, matre Anna Francisci. Studiis dabam operam in patria, Schemnitzii, Neosolii, Vetusolii, Rosnaviae, Alnoviae, Posonii atq in universitate Tubingensi. Usus sum dd. praeceptoribus Krnatsio, Glingschnurio, Aegidio, Pilarikio, Burio, Mischovitzio, Fabio, Belio, mag. d. Pfaffio cancell. Tub., D. Hoffmanno, Osiandro, Veismanno, Roeslero, Kreilingio etc. Evocatus tandem ao 1725 mense april. ab perill. dnis terrestribus Szugyicensium et ab ipsa eccla sacros ordines accepi ao 1725 d. 13. maij ab excellent. ac amplissimo dno Samuele Antoni superintendente meritissimo, mihi autem amore et obsequio filiali perpetuum suspiciendo.

46.

Ego Simon Gall natus sum in oppido montano incl. cottus Gömerien Topscha parentibus Leonhardo Gall, matre Agneta Keyser. Studiis operam dabam in patria, Carponae, Nagy-Palugyae, Kesmarkini, Epperiessini, Dantisci, ubi pceptore usus sum inter alios excell. dno D. Sam. Schelquigio, ac tandem in universitate Gryphisvalden sub excell. dno D. Johanne Friderico Mayer, D. Joh. Georgio Pritio et D. Henrico Brandano Gebhardi. Inde redux rectoris munere functus sum in patria annis fere 14, donec ab eccla Geczelovien ordinaria vocatione accepta 1725 d. 5. mart. ab excellen. rndissimo atq amplissimo dno superintendente Samuele Antoni ad munus pastorale ordinatus sum.

47.

Ego Johannes Berács natus sum Ratkoviae i. cottus Gömoriensis oppido parentibus Petro Berács et Susanna Bartho. Studia mea cum in terra patria tum etiam apud exteros, sigillatim in celebri et orthodoxa academia Vittebergensi sum numinis ope praeceptores viris reverendissimis Got. Vernsdorfio, b. Martino Chladenio, Frid. Schroero et Joh. Guilha. Jano promovi /sic! / Inde redux vitam privatam egi per aliquot temporis spatium, donec tandem nutu Dei in ecclam Arnothensem legitime evocatus. Vocationi itaq huic divinae obsequendo sacros ordines a viro excellentissimo, reverendissimo, amplissimoq dno Samuele Antoni Csetnekini d. 10. jan. ao 1726 accepi.

48.

Ego Jacobus Fridericus Gauppius natus sum Ulmae circuli Suevici urbe parentibus tit. Jabo /! / Gauppio et Maria Mag. Wolffin. Studia mea cum in gymnasio patrio cum etiam Tubingae et Halae Saxonum praeceptores viris rndis Franckio, Breithaubtio, Antonio et Langio promovi, unde etiam ad ecclam Kishartensem leg. vocatus sum et sacros ordines a viro excellentissimo, rndissimo, amplissimo dno Samuele Antoni Csetnekini die 1. julij ao 1726 accepi.

49.

Ego Daniel Glosius natus ao 1703 in ecclia Coronobanensi sita in incl. cottu Kis-Hontensi parentibus r. Johanne Glosio, matre Maria Sinapi. Postquam infima ad latus dn. parentum didicissem, primum in oris patriis Rahoviae institutione Sam. Bubenkij, post Leuschoviae institutione d. Dubövskej, tandem Posonii institutione cl. d. Beelis, cl. d. Marthii et cl. d. Beerii usus sum. Inde ad exteros concessi atq per triennium in academia Jenensi celeb. Buddeum, Russum, Wuchererum aliosq audivi. Redux in patriam factus, ad latus d. parentum annum et quod excurrit transegi, tandem ita disponente majestate divina rite sum ad eccliam Todt-Gyürkensem evocatus et per excell. atq amplissimum virum dnum Samuelem Antonium superintendentem meritissimum amore et obsequio filiali semper suspiciendum in mystam ordinatus et confirmatus Csetnekini ao 1726 ipsa die s. Martini episcopi.

50.

Ego Johannes Sztransky natus Topolčinj oppido cottus Nitrien parentibus Samuele Stransky pagj Mijaviensis notario et Helena Topolčani, a quibus posteaquam tres excessissem annos per plur. rnd. Johannem Sztransky. eccliae tum temp oris Varboczensis V. D. ministro meo vero avo /!/ acceptus sum et educatus ad annos 12 in schola ejusdem eccliae institutione humanissimi dni Aquila. Hinc Ratkoviam delatus psidem studior nactus dnum Molitoris, illinc Carponam studior gratia pfectus multos annos sub institutione dni Andr. Farkas exegi, deinde Schemnicium delatus dni Krébeczii institutione utebar, a quo etiam ad exteros pfectus fueram, illinc redux paedagogus nobilissor filior et filiar perill. dni Francisci Radvanij, deinde accedente gratiosa dispositione divina p ministro eccliae Kürtössiensis p excellentiss. summeq rnd. dnum Samuelem Antonium superattendentem longe meritissimum aeternumq mihi colendi /!/ ordinatus ao 1727 die 15. julij.

51. Kolbányi

Ego Martinus Christianus Kolbányi natus in Cserents cottus Kis-Hont parentibus rndo dno Paulo Kolbányi, matre Agneta Reinbigerint, per quos dum annum egissem quintum, prima elementa literaria commissus sum edocenda rectori Paulo Fabri in schola Poltariensi degenti. Illinc Briznam sub ferulam Joh. Brezani quondam rectoris dictae cittis ordanarij /!/ traditus atq post triennium commendatione praedicti rectoris Neosolium missus sub clariss. dno Paulo Simonides rhetoricum studium continuavi, dumq me illinc Kesmarkinum contulissem annum ibidem consumsi, post partes Transdanubianas visitando rediens per eccliam Kokaviensem incl. cottus KisHonth pro rectore scholae evocatus sum. Ibidem nonum in officio annum agens ordinatione divina per eccliam Cserencsiensem pro ordinario verbi divini ministro evocatus sacros ordines in libera civitate Csetnekiensi imponente manus excell. superintendente dno Samuele Antoni percepi ao 1727 die 15. julij.

52.

Ego Joh. Fridericus Michaëlides natus sum Modrae parentibus summe rndo atq clarisso dno Samuele Michaelides, matre autem Catharina nata Gobia ao salutis 1703 sub initium mensis aprilis. Injuria temporum cum parentibus hincinde per Hungariam profectus Trentschinij primum, Neosolii et Cremnicij prima in primis rudimentis literariis jeci fundamenta. Et cum patriae filium vel maxime linguae potissimum latina, germanica atq hungarica probis omnibus reddere soleant acceptu, Jaurini partim sub rndo dno Martino Vasoni rectore scholae fidelissimo, partim Sempronii sub clarisso dno Joh. Christophoro Deckardo studia absolvi humaniora, accedente adhaec institutione clariss. dni Friderici Karb conrectoris et Pauli Simonidae lycaei Neosolien moderatoris fidelissimi. Jactis jam in patria studior fundamentis unam prae ceteris selegi aliam Wittebergensem, praeceptoribus usus potissimum magnificis ac summe rndis viris dno D. Gottl. Wernsdorffio, Martino Chladenio, Georg. Erid. Schroero, Gailelmo Jano, Joh. Fr. Weidlero et aliis. Hic cum pro modulo virium duos cum dimidio in studiis exegissem annos, redux ad latus rndi dni genitoris laborum ecclastico-

rum prima posui initia Neosolii et cum post discessum clariss. dñi Eliae Miletz rndus dn. M. Sam. Matthaeides substituto destineretur, in locum ejus evocatus in laboribus partim ecclasticis, partim scholasticis in defectu rectoris ordinarii eundem pro modulo virium sublevavi. Tandem Deo ita vias meas dirigente per spectabilem dnum Joh. Podmaniczky et reliqua membra ecclae Aszodiensis in verbi divini ministrum evocatus per excellentissimum et summe reverendum dn. Samuelem Antoni selectis in hunc finem juxta ordinem semel jam in eccla Dei introductum viris summe reverendis ritu pio ordinatus sum ao 1727 d. 22. septembr.

53.

Ego Paulus Mikoviny natus in oppido Tyszolcz cottus Kishontensis christianis parentibus patre nimirum provido ac circumspeto viro Georgio Mikoviny, matre autem Suzanna ao salutis 1694 ipso die conversionis Pauli. Jam vero ediscendis literis aptus initia studiorum posui in ipsa patria sub ferula humanissimi viri Matthiae Taichssmit p. t. loci rectore. Post alias scholas minores, puta Nagy Rocensem et Gömöriensem nec non Fülekiensem visitans et salutans, tandem scholam Jolsvensem dirrectioni /!/ humanissimi praestantissimiq; viri Andreae Fabritius subjectam memet contuli. Inde adempto jam adversarios libero exercitio scholam Csetnekiensem una cum pfato suo praeceptore eodem evocato petii, ubi expletis 7 annis pro regenda schola Nagy Szlabossensium in incl. cottu Gömörien evocatus sum, ubi completis annis fere decem ab eccla Kobellerensi cum filiali Brdarcensi pro ministro ecclesiae ejusdem vocationem habens vocisq; asurgens in hoc sacro officio per virum excellentissimum et superattendentem Samuelem Antoni confirmatus sum ao 1727 17. 10bris.

54.

Ego Johannes Blaho natus sum Neosolij ao salutis 1700 die 4. julij patre viro probo ac honesto Joanne Blaho, lib. reg. ac mont. civ. cive, matre **VUPO** aeque honesta ac pia Catharina Čížik. Postq; in schola patria apud praeceptores fideles d. Miczinski, Eliam Lani, Kmetovinum, Egydium, Simonidem prima fundamenta et christianitatis et latini sermonis jeci, mox ut sermonem hungaricum addiscerem, Rimaszomb. informatoribus Andr. Széplaki et Joanne Garay usus sum. Ast completi /!/ anno integro orbatus patre desideratissimo domum reductus, post biennium receptus in curam paternam a dno Paulo Csernak et Andr. Kostial institutionibus atq; directioni humaniss. prudentiss. doctissimiq; viri And. Fabricij traditus fui, apud quem non sine oblectatione animi mei studia humaniora et sacra audiebam, continuabam vero sub cl. dno Aldasy, grose dno Fabricio. Tandem autem Deo ita vias meas dirigente Sempronij sub cl. dno Deckardo, cl. dno Hajnoczi studia humaniora absolvi. Jactis vero ita in patria studior fundamentis unam praeceteris consilio patronorum, pceptorum atq; amicorum selegi almam Wittembergensem, praeceptoribus usum potissimum magnificis ac summe rndis viris dno dno D. Gottlieb Verensdorfio in theol. thetica, scholis recentissimarum controversiarum, historia ecclastica aliisq; Martino Ghladenio in thetica, exegetica atq; morali, Georg. Frid. Schroero in polemica, sigillatim aut calviniana sociniana, ubi simul explicationem dictor sacror juxta comp. Koenigianum audivi, Guilhelmo Jano in historia ecclastica, homiletica polemica, Vichmanhausenio, Cobio in linguis, Balth. Vernerio in jure naturali atq; canonico, in philosophicis Schroedero et Holmanno. Hic cum studiis istis integris tribus annis diligentissime incubuerim, perlustratis aliis quoq; academijs Lipsiensi, Hallensi ao superiori almae Wittemb. valedixi domumq; p Saxoniam, et Silesiam redij. Hic varia jactatus et vexatus fortuna legitime ad eccliam Rahoviensem a spectabili dno Ladislao Janoki ac integra eccla vocatus et successor denominatus max. rndi dñi Micsinszky vocati in eccliam Calnoviensem. Csetnekini itaq; abs summe reverendo atq; excellentissimo viro dno Samuele Antoni ~~ecclae~~ ejusdem pastore ordinario et incl. cottuum Gömör, Kishont et reliquor superattendente gravissimo p. vio prius examine publico in templo in psentia max. rndor virorum ordines sacros suscepi, onus grave ad quod ferendum Deus, qui imposuit, vires addat et conferrat /!/ supplex oro ao quo IesVs rex Coeli propVgnat DogMa LVtherI die 23. aprilis.

Ego Michael Gretzmacher natus sub initium seculi superioris in oppido Rosnyo, ortum accepi a piis honestisq parentibus patre quidem honesto cive oppidi Rosnyo Jacobo Gretzmacher, matre vero ingenua ac pia Susanna Bárdos. Ab his bonarum artium studiis addictus prima literarum fundamenta jeci in oppido patrio sub viro humanisso dno Mich. Missovicz, praeceptore privato usus Matthia Greskovicz Trenchiniensi. Posteaq vero tumultibus belli intestini patria schola dispersa est, exmissus a piis parentibus Topporczinum, ubi studiis iis, quae ad humanitatem attinent, a humanisso ac diligenti viro d. Georg. Farkas, praeceptore juventutis ingenuo in castello Topporcz fidelissimo, ubi morbo oppressus domum rursus abs parentibus evocatus ac dum convalescerem, ne coeptum in studio iter relinquerem, exmissus sum a piis parentibus in oppidi Csetnek scholam, ubi fideli publica institutione humanissimi doctissiq viri dni Andreae Fabri rectore /!/ eotum scholae laude ac meritis conspicui, privata vero gen. d. Johannis Szerdai usus sum, ibidem inter alia etiam convictu excell. ac summe rndi dni Samuelis Antoni fere per annum integrum. Ibi rursus malo morbi oppressus domum redire coactus, dum convalescerem, rursus a piis parentibus ad locum pristinum, scil. Topporczinum missus, ubi rursus pter publicam institutionem d. Georgii Farkas privata usus etiam opera egregii viri d. Stephani Sági. Ne tamen his solum terminis cursus studiorum meorum includeretur, commendatione praeceptoris munitus veni Carponam, ubi per annum et quod excurrit fideli institutione humanissi d. Andreae Farkas rectore /!/ civit. Carponam fideli ac strenuo /!/. Inde pauperie bonae mentis plerumq matre ~~son~~teq pressus rursus domum ad parentes redire coactus, variisq calamitatibus vexatus ad tempus studiis suasu parentum valedicere coactus sum. Verum cum suavitas desideriumq musarum pectori inhaesisset meo, rursus quasi postliminio musis restitutus Topporczinum me contuli, ibiq studia per duos annos et quod excurrit neglecta studia /!/ sub d. Georgio Farkas repetii. Hinc rursus ad partes inferioris Hungariae suasu amicorum delatus cl. doctissimiq Christophori Dekard rectoris Semproniensis lectionibus me totum addixi, ibiq patronicio hujus venerandi viri patronis commendatus, postquam quinquennium exegissem, studiis academicis initiatus suasu ac hortatione clariss. fratris Zachariae Dekardi, patroni ac hospitis mei optimi, relicto jam medietate juris studio ao 1722 d. 5. junij musis Semproniensibus praeceptoribusq celebr. illius gymnasii optimis relictis iter in aliam matrem studiorum Vittebergam me contuli, ibidemq magnifico rectore dn. D. Schroero cum cl. dno Joanne Szy/j/Sz. Andrasiensi Hung., quocum hortatu spectab. ac grosi dni Stephani Török de Telekes patrono utrorumq nostrum, si diutius ei vitam Deus concessisset munificentissimo, nomen dedi ac pro more studiis academicis initiatus sum. Praeceptores mihi in hac alma Leucorea contigerunt in facultate ~~phg~~thgica quidem magn. D. Gottlieb Verensdorffium /!/, d. Schroerum, magn. Mart. Chladenium Ungarum, praepositum templi ad arcem, dn. D. Hafferungium, dn. D. Janum, qui una cum D. Chladenio meo tempore obierat, in philosophicis D. Strunzium, quem et in graecis literis audivi, imprimis virum juvenem strenuum ac pereruditum M. Samuelem Hollmannum in omnibus partibus philosophiae etiam in jure naturae ordini philosophico adscriptum. Audivi etiam d. adjunctum Reimarum in historia philosophica aliisq partibus. In linguis, imprimis ebraica audivi magnificum D. Vichmanshausenium LL. OO. professorem, academiae senioem, d. M. Michaelis hungar. filii /!/, dn. adjunctum Cobium in syriacis et ebraicis collegiis, potissimum practicis. Audivi etiam in jure canonico magn. d. D. Vernerum J. U. D., in morali collegio parte nonnulla Hassenium. Salutavi academias Hallensem et Lipsiensem, tandem exantlatis in his oris Saxonis integris tribus annis ao 1725 die 10. dec. in dulcissimam patriam redii, ~~visum~~ privatus in aedibus patriis Rosna viae per semestre. Evocatus post ad munus ephori ad liberos spect. ad gen. dn. dn. Joannis, Ladislai et Francisci de Bárca, quorum liberis utpote Paulo Barca, Joanni et Ladislao duobus annis et duobus mensibus pfui tum in studiis, tum in moribus. Hinc post evocatus ad munus ministri ecclae in cottum Bordodiensem in ecclam Szirma Besenyensem et filias, coetum nimir evangelicum Miskoltzensem, Diosgyoriensem, Boldvensem. Ordinatus occitata legitima vocatione a viro excellentissimo summeq rndo dno Samuele Antonio, rndo in Xsto patre dno Andrea Leporini Olapatakien /!/, rndo in

61.

Ego Johannes Glosius natus Radvanii ao 1709 patre r. Johanne Glosio matre Maria Sinapi. Elementa studior jeci sub dno Michaeli Holko Taxoviae, postea successu temporis deductus eram ad d. Andream Farkas studior causa atq illinc exactis tribus annis Jaurinum perveni, illicq studiis theologicis et philosophicis animum adjeci. Postea redux factus ibam Cremnitzium, sed brevi morbo praeventus redii. ~~Postremo~~, quia mihi lingua germanica curae erat. contuli me Posonium, ibiq studia continuabam praeunte cl. d. rectore Beer. Hinc etsi non defuerit animus externos adeundi, ~~imo~~ jam-jam abituriebam, vocatus tamen legitime ad eccliam Csujvariensem, quae in cottu Pestiensis est, sacro ministerio initiatus sum, curante pl. rndo atq excellentissimo viro d. Samuele Antonio superintendente Csetnekiensi, cui debitum obsequium polliceor. Ao 1730 31. martii.

62.

Babil?

Ego Matthias Bahil patre Johanne Bahil, matre vero Judita Placsco genitus: studiorum merorum promotores seu praeceptores agnosco sequentes: primus vir summe rndus clarissimus doctissimusq d. Sam. Bubenkius, t. t. scholae Rahoviensis rector, nunc vero ecclae Ochtinensis VDM, utrobiq meritis- simus, studia mea ab elementis usq ad logicam exquisita cum industria promovit. Rahovia Kesmarkinum ad audiendum celeberrimum dn. Georgium Bucholczium concessi, inde Neosolim veniens clariss. doctissimiq dni Pauli Simonidae ore erudito sum nutritus. Post Deo O. M. juvante Wittenbergam salutavi, ibiq ab ore viri summe rndi, magnifici atq amplissimi dni D. Gottlieb Wernsdorfii, jam beati, nec non summe r. magn. atq excell. d. D. Georg Friderici Schroeri, summe rndi item atq excell. dni D. Andreae Charitii pependi. Tandem redux Rahoviae commorabar, donec pro ministro verbi divini ab ecclia Cserencsensi evocarer, ordinatus per virum summe rndum atq excellentissimum dn. Samuelem Antonium ecclae Csetnekien VDM fidelissimum, certorumq cottuum superintendentem gravissimum a. r. s. 1730 die 25. maji.

63.

Ego Georgius Matthaei in oppido Rajecz Trencingensis /! / cottus natus patre quidem Johanne Matthaei, matre vero Anna Huljak. Studia mea continuavi primo Jaurini sub d. Wasani, deinde Posonij sub d. Bertoss et Beer et tandem Neosolij sub dno Simonide. Tandem me contuli ad academiam Tubingensem, ibiq audivi Pfaffium, Weissmannum et Hagmajerum. Postquam ergo inde rediissem, in eccliam Kis Birensensem pro ministro ecclae vocatus atq ordinatus Csetnekini apud virum summe rndum atq excellentissimum dnum Samuelem Antonium, ecclae Csetnekien VDM fidelissimum atq vigilantissimum, certorumq cottuum superintendentem gravissimum ao 1730 d. 2. sept.

64.

Ego Johannes Simonides natus in pago Pádár ex plur. rndo atq clarissimo Johanne Simonide, matre Sophia Brezofski. Studiorum initia feci in Osgyán apud d. Farkas, postea Posonij apud cl. Beer et Bertas. Inde redux Pádarini primo rector, postea pastor factus ordines sacros suscepi apud excellentissimum virum d. Samuelem Antoni superintendentem Csetnekiensem ao 1730 d. 14. septembris.

Medzibrodsky 65.

Ego Johannes Mezibrodsky natus in Mezibrod patre Matthia Mezibrodsky cultrario, matre vero Elizabetha Fabri. Primordia humanior studiorum meorum posui in oppido Ratko, dehinc Radvanij sub cl. d. Johanne Hodikio, ex post petij cottum Turocensem atq ibi etiam sub cl. d. rectore Moschoviae et Ivankafalvae ea prosecutus sum, donec sub Andrea Fabri Csetnekinj ea continuens in pceptorem publicum donatistarum Thopschae pmotus ac tandem Kövinium in rectorem ordinar evocatus, modo vero ao 1730 d. 19. sept. per excellentissimum virum dn. Samuelem Antony in pastorem ecclae Ribnicensis consecratus.

66.

Ego Matthias Ursini oriundus Carpona post peractos annos academicos redux in patriam evocatus in pastorem Sajo Gómeriensis ecclae, modo vero d. 11. oct. a. 1730 per ex. cl. rndos publice ac solenniter ordinatus.

Ego Georgius Claudinj natus patre Michaele Claudinj, matre Rebeca Lany in pago Turopoll et post paternam in tenellis educationem e schola quamvis molesta honesta tamen in parochiam Gömör Panith evocatus per exc. dnum Sam. Antoni superintendentem ordinatus sum ao 1730 d. 16. 8br.

68. *Kiszellini*

Ego Martinus Kiszellinj oriundus ex pago Bohuvicz, patre Joanne Kiszellinj, matre Juditha Benovski: ubi academicos superassem labores, redux in patriam evocatus sum in eccliam Badyanensem, jam modo ao 1731 d. 3. aug. per summe rndum atq excellentissum dnum Samuelem Antonj aliosq plurimum rndos confirmatus ordinatus.

Schmal 69.

Ego Andreas Schmahl patre Georg. Schmahl, matre autem Anna nata Herchl in i. cottu Turocien pago Neczpall natus. Absolutis feliciter studiis in academia Wittebergensi pceptor privatus spect. dnae Plathianae filior factus, legitime ab eccla Felső Sajóviensi vocatus, ordines sacros a viro summe venerabili, excellentisso atq amplisso dno Samuele Antonio psentibus aliis viris plur, rndis 14. aug. ao MDCCXXXI suscepi.

70.

Ego Michaël Tóth patre Johanne Tóth, matre Elizabetha Nagy in cottu Castriferrei natus ex pago Gyano. Eperiesini sub Toperczero studium rhetoricum absolvens ab officio factoratus ex Palota in eccliam Tamasiensem evocatus pro pastore, sacros ordines suscepi ab excellentissimo dno superintendente Samuele Antoni in oppido Csetnek degenti, cui Deus benevoluit, vitam proroget acciones /! / secundet ad vota piorum. Die. 17. aug. 1731.

II

71.

Ego Elias Vrathely patre Martino Vrathely, matre vero Eva Jelenek in oppido VághUjhely in cottu Nitriensi existen genitus, ibiq sacro initiationis fonte tinctus. Superstitibus genitoribus meis initia lrarum in patria per manuductionem clarissi viri Turzo jeci: post obitum vero parentum orphanus existens instinctu nne divino erga majoris momenti studia ductus Schemnitzium concessi, ubi per integros quatuor annos ea qua par est diligentia desudans a grammatico studio ad logicum sub fideli institutione cl. viri Sam. Bellionis correctoris et cl. viri Joannis Clemens scholae ejusd rectoris promotus sum. Hujus utriusq tandem commendatione in gymnasium Posonien perveniens a cl. d. Matthia Bel, cl. d. N. Marth atq cl. d. J. Friderico Beer sublimiora per tres et quod excurrit annos audivi. Inde linguae patriae addiscendi causa in gymnasium helveticum Papense profectus per duos fere annos bona fundamenta linguae ejusdem posui. Post haec pro informanda nobili juventute in Ivanocz in cottu Tren existente evocatus in aedibus perillustr. dni Joannis Mikovinj per medium tertium annum mihi concreditis in latino et hungarico idiomate praefui. His exactis spe informandae amplioris scholae et promovendae gloriae Dei a viris de me bene meritis in districtum Rábakoziensem commendatus sum, ubi odio cacodaemonis per trimestre spatium aegre subistere valens, tandem pro slavico concionatore in eccliam Szakien in cottu Comaromiensi existentem evocatus sum, ubi munus mihi concreditum per duos aos administravi. His exactis divino sic annuente numine, commendatione cl. d. Stephani Károlij dioeceseos illius seniore existen in eccliam hungaricam Gecseiensem, orthodoxo suo ministro a decem fere annis privatam perveniens collapsus ecclae illius ~~status singulari Dei providentia~~ status singulari Dei providentia per me confirmatus est: et quamvis multis saepe periculis et tentationibus sathanae ibidem expositus fuerim, tamen haec forti animo ferens verbum Dei permissione superiorum per 5 fere annos annuntiavi. Hinc tandem jam praeattacti cl. d. senioris et almae frattis consensu legitimam vocationem accipiens ab eccla slavico-hungarica Csernyeiensi invar. aug. conf. addicta, praemisso examine publico per summe rndum atq excellentissimum dnum Samuelem Antonium, ecclae Csetnekien VDM fidelissimum, certorumq cottuum superintendentem gravissimum, perq caeteros praesentes clarissimos atq plur. rndos dnos pro ordinario verbi divini ministro ordinatus declaratusq sum Csetnekini ao 1731 die decembr. 7.

72.

⁻⁵²⁻
Johannes Hradsky patre ejusd nominis pastore Bottfalvensi, matre Anna Korbelik ao 1701 prognatus. Studiis, quibus a prima statim aetate consecratur, in patria ut Trenschin, Neosolj et Eperiesini ~~at~~ ^{at} ~~cunq~~ ^{cunq} feliciter tamen inchoatis in gymnasium multis modis haud incelebre Zittaviense in Lusatia superiore exmissus ibiq biennio extracto, visitato etiam Görliciensi Dresdensi lycao academiae Lipsiensi ao 1719 prorectore b. D. Rechenbergio nomen dedi. Illinc post semestre temporis spatium Halam concessi, vel eo fine, ut propria usione aut experientia cognoscerem, an illa, quae de theologis Hallensibus communiter dici solent, ita se habent vel minus. Hinc 1724 in patriam redux eodem ao iterum Wittembergam redii prorectore b. D. Jano, decano autem facultatis theol. b. D. Wesendorffio. Cum autem longiorem moram ibidem trahere non licuisset, vocatus ab excell. viro B. Porstio praeposito et **supremi** consistorij regij Beroliniensis consiliario Berolinum veni, illinc in Borussiam in aulam illustriss. baronis de Wobeser delatus et commendatus sex integ. annis sum commoratus. Iter jussu venerandor parentum meor in patriam rediens Deo propitio ita disponente ad munus pastorale in ecclia Krajnensi obeundum legitime vocatus constitutusq, praevio ut fieri solet examine a summe reverendo atq excell dno Samuele Antoni superintendente 7. martij 1732 inauguratus.

73.

Ego Martinus Kelemen natus sum ao 1707 in pago Pasztori comitt. Sempron. parentibus dno Thomae Kelemen et matre **Juditha** Csanaki. Studiis operam dabam Sempronij sub ferula humanissimi dni Matthiae Csaik, Mich. Kozári, Andr. Sárkanyi et clariss. dni Joh. Kövesdi. Inde veni Jaurinum et **audivi** dnum clarissimum Johan. Százki, unde evocatus sum ad officium rectoratus in pagum Kö-Vágo Őrs, ibi duobus annis egi rectoris officium, inde iter vocatus sum in pagum Szepezd, ultimario in oppidum Nagy Váson ao Dni 1731. Sequenti anno iter accepta vocatione ordinaria 1732 d. 10. martij **hab** excell. rndissimo atq amplissimo dno super-intendente Samuele Antonj ad munus pastorale ordinatus sum, cui debitum obsequium polliceor.

Kesöph Nemes: Iste Kelemen erat fors(?) post M. Georg. Hegyfalusi mors

74.

Ego Joannes Perlaki natus sum ao 1704 in oppido Gömör ex parentibus rndo quondam Davide Perlaky et Catharina Hunnius, educatus vero Osgyaini sub ferula viri clarissimi Pauli Adási /!/. Hinc concessi Kesmarkinum ad manuductionem pie memoriae viri Georg. Bohuss: isto decedente instructus sum Eperjesini industria viri celebris clar. P. P. Toperczeri. Hinc Csetnekinum veniens **audivi** plectiones clarissi d. P. **Pendray**, tandem Semprium salutando annis duobus delibavi studia altiora apud clarissum d. Christophor. Decardum. Posthaec evocatus sum ad eccliam Nagy Szölösiensem pro ludimoderatore, inde per nobilem Krako Szörcsökienses in rectorem scholae et informatorem eccliae vocatus sum. Nunc autem ex consensu d. seniorum et almae fratris **per** legitimam vocationem ordinatus sum ad eccliam Szergéniensem et per virum excellentiss. et summe rndum d. Samuelem Antoni in neomystam consecratus sum ao 1732 die 7. mensis aprilis.

75.

Ego Stephanus Tóth Szilvagyienensis ex cottu Castriferr, natus patre nobili Georgio Toth, matre Catharina Csillag /pie jam defunctis/ Ungaris. Jaurini studiis operam dedi sub ferula /!/. viri humaniss. dni N. Petroci, inde me Posonium contuli promovente studia cl. d. vicerectore Weiszpek, tandem iterum Jaurinum reversus **audivi** clarissum dnum Michaëlem Aacs juniorem. Evocatus officio rectoratus functus sum prius in possessione Nagy Geresd oppidoq Devecser, abhinc in ecclia Janoshazen et Dabronin carentibus mystis ordinariis verbum Dei annunciaci. Jam ex consensu et suffragio dnor seniorum et almae fraternittis legitima data vocatione ab ecclia Nemes Dömölkien ritu apostolico ordinatus per summe rndum atq excellentissum dnum Samuelem Antoni superintendentem in neomystam in oppido Csetnek ao 1732 die 7. men. aprilis.

76.

⁻⁵²⁻
Ego Mich. Weiss Sempr. Hungarus, natus parente Johanne Weiss, matre Maria, filia pie defuncti Dannhauser. Quod studia attinet thlogica, eadem

tractavi Tubing. per quinq annos, inde Lipsiam me contuli. Lipsia me conferebam in patriam, ubi munus informatorium apud illustrissimum comitem de Windisgrätz obibam. Post Viennam vocatus ad dnum de Fischer nobilem de Ehrenbach ibiq p 4 annos informationem filii habens vocatus sum postea hac ad Kis Manyokien eccliam, ordinationem ab excell. viro dno Sam. Antonio superintendente eccliae Csetnekien amplissimo nactus. Dabam Csetnek. d. 1. maj. ao 1732.

77.

Ego Paulus Felicides natus in libera regia ac montana civitate Libet Banensi ao 1695 parentibus patre rndo dno Martino Felicides, matre Susanna Fabri. Majorem partem stud meor absolvi sub disciplina p. t. humanissimi dni Samuelis Bubenkii, continuavi Kezmarkini, unde rediens ad parentes Râma Banyam pro rectore sum evocatus, ubi decem annis continuatis in eccliam Pilensem pro pastore evocatus. Ordines suscepi ab excellentissimo rndissimoq viro dno Samuele Antonio, reliquis etiam dnis rndis die 1. maji. ao 1732.

78.

Ego Daniel Sartorius natus Tsetnekini ao 1704 parentibus patre humanissimo ac praestantissimo viro dno Elia Sartorio, scholae tum Tsetnekien rectore meritissimo, matre vero Maria Fabricius. Studia potissimum sub praeceptoribus compluribus, hum. dno Davide Dionysio scholae Köviniensis rectore, praestantissimo, dno Georgio Parkas scholae Osgyanien praeceptore solertissimo, nec non cl. dno Georgio Bucholtzio apud Kesmarkienses ludimoderatore longe meritissimo in Hungaria pertractavi. Ad externos pfectus continuavi eadem in academia Wittebergensi, inde redux mox ad regendam scholam patriam Tsetnekiensem evocatus anno unico et quadrimestri temporis spatio in eadem substiti. Tum divina sic jubente providentia ad scholam Eperiensem evangelicam regendam concessi, ubi nondum anno exacto communibus utriusq nationis suffragiis b. viri plm rndi dni P. P. Lendraj successor et eccliae slavonicae VDM designatus ordines sacros a viro Dei sum me vrando excellmo nec non amplisso dno Samuele Antonio, psentibus aliis viris plur. rndis atq clarissis suscepi d. 24. julii ao Dni 1732.

79.

Ego Joannes Martini natus in Murany ao 1705 educatus Taxoviae a parentibus egregiis Jacobo Martini et Anna Eisdorffer. Usus sum potissimum praeceptoribus aliis et post fata, vivis aliis sincere mihi devenerandis dn. Michaelae Holko scholae Taxovien t. t. rectore, dn. Samuele Bubenkio t. t. scholae Rahoviensis moderatore, cl. dn. Joanne Kusmani, cl. dn. Weinert t. t. substituto Leutschoviensis gymnasii suburbani moderatore, cl. dn. Georg. Buchholtz apud Kesmarkienses ludimoderatore in suburbio, unde B. c. D. ad externos me conferens Wittebergae sub p. publ. dn. Gottlieb Wernsdorffio, dn. Schroero, Wokenio, Bergerio, Abbichtio continuabam studia mea. Divina gratia redux privatim egi pceptorem apud civem Eperiensem dn. Samuelem Pulszky seniore, inde sic disponente numine divino suffragiis et votis dnor patronorum eccliae Giralthiensis designatus, candidatus, electus, vocatus et promotus in locum dni rndi Samuelis Bodorovini, postque susceptis ab excell. summeq vrando viro dn. Samuele Antonio psentibus aliis plur. venerandis viris ordinibus sacris ao 1732 d. 28. novembr. in pfatam eccliam Giralthensem introductus Deo annuente sum.

80.

Ego Samuel Agner Neogradien natus in Luborecz in Banka autem et Abelova educatus a parentibus patre Joanne Agner, matre autem Juditha Petrassin editus. Demum autem crescentibus annis variis usus sum praeceptoribus scholisq: tandem vero Deo ita vias meas dirigente externos adii, Jenensem puta et Halensem academiam, inde redux variis fatibus jactatus, Deo vero rerum mearum arbitro ab ecclia Comonensi, quae in Pestien cottu Xto colligitur in ordinarium verbi Dei ministrum legitime vocatus, idq tam a promiscua auditorii plebe, quam etiam incl. patronatu per illustrium dnorum candonum ac tandem in oppido Czetnek viro summe rndo superintendenturam excellentissimo dno Samuele Antonio gerente sacris ordinibus initiatus

sum, idq in praesentia aliorum quoq plur. rndorum huic sacro actui tunc praesentium ao 1732 die 13. decembris.

81.

Ego Andreas Struhar natus in Tiszotz /!/ patre Joanne Struhar, matre Catharina Dianiska. Praeceptoribus quibus usum /!/ aliquos huc adducere forte etiam juvat, quor fuit primus Michael Holko, tandem vero Leutschoviae ubi studia mea ex maxima continuavi parte dn. Andr. Grosz, hunc excepit pie ~~denatus~~ Martini /!/ Dubovszky, qui tandem locum vacue fecit dno M. Andreae Weinert, sub cujus presidio usq ad finem in patria existebam, eoq autore et interprete Wittenbergam pro continuandis studiis exhibam, ubi biennium cum dimidio sub presidio ~~magnos~~ viror quos hic referre longum foret, explevi. Hinc domum redii, bienniumq in patria privatim exegi, tandem vero divina sic favente clementia ordinibus s. ab excellentissimo rndisso item doctisso dno Samuele Antonio pro futuro ecclae in Turitska ministro ordinatus et initiatus sum. Quod factum est ao 1733 die 28. februar.

82.

Ego Joannes Sartoris Kratsinovia Saarosien, patre natus Mich. Szabo matre autem Catharina Gaszinszky, jam inter coelites gaudente: enutritus disciplinis variis partim in patria terra Hungariae, partim in Saxonia Wittebergae, vocatus 15. junii in eccliam Komlosiensem per perill. dnum Joannem Izdenczy et perill. dnum Adamum Zimmermann et 1. julii per virum summe venerabilem atq excellentissimum Sam. Antoni in verbi divini ministrum ordinatus, confirmantibus idem dniss plur. rndis atq clarissimis viris Sam. Bubenkio et Joanne Szallay 1733 d. 1. julii.

83.

Ego Paulus Karnik testor me legitime esse ordinatum Csetnekini ao 1733 d. 3. augusti.

84.

Ego Georgius Fabri natus quidem Czibinii in cottu Saarosien, educatus vero majori ex parte in Gsztroluka loco art. cottus Zolien, ubi per multos annos rndus olim dnus parens meus et post fata venerandus officio pastoris defungebatus. Postquam studia mea in Hungaria, cum primis v. Neosolij fideli cl. ac venerandi dni Simonidae instituae usus continuassem, apud exteros in academia Vittebergensi duos explevissem annos ac tandem tribus in schola Aszodien deservivissem, ad eccliam Poltarensen communi consensu evocatus legitime ab excellentissimo summeq rndo dno praesentibus aliis rndis dnis ordinatus sum Csetnekiny ao 1734 d. 5. martij.

85.

Quod Jacobus Nicolaides legitime sit ordinatus Csetnekini testatur manu propria ao 1734 die 2. 7bris ad eccliam Kalnoviensem.

86.

Ego Georgius Bahil natus in Perlacz pago in cottu Gömöriensi sito patre rndo Laurentio Bahil olim ecclae Ochtinen V. D. ministro ac ven. contubernii assore primario, matre vero nob. Susanna Czekuss. Posteaquam studia mea continuassem in patria, in primis Eperiessini sub institutione cl. dni Johannis Rezik ceu profess. p. et directoris collegii ibidem atq Kesmarkini sub disciplina Johannis Nohaides, atq rectoris muniis annis fere 12 in schola Rahoviensi in districtu Kis-Honthen defunctus essem, vocatus sum in eccliam Cserencsen in eodem districtu sitam pro VDM et vocatione hac per ven. contub. ratificata, legitime ritu aplice confirmatus ab rndiss et excell. dno Samuele Antonio Csetnekini, assistentib. aliis quoq viris adm. rndis ao 1734 d. 16. septembris.

87. /in IO 88!/
-w-

Ego Matthias Markovitz legitime vocatus a Szarvasiensibus in cottu Békesiensi sacros suscepi ordines apud excell. d. Samuelem Antonium, eccliarum nostrarum evangelicarum superintendentem in civitate Csetnekiensi

V. 54. 270-271.0

ao 1734 d. 27. oct. Natus parente Andr. Markovitz, matre vero Maria Zimani
ao 1707 d. 27. febr., qui cum voluissent me literis etiam imbuendum, Schemni-
tzium, Neosolium et Posonium ablegarunt nec defuerunt conatibus meis etiam
in academia Jenensi promovendis. Locus autem natalis meus est Dobrona
in cottu Zoliensi. +1764 - ben; Szarvas?

88. /89/

Ego Michaël Záborszky ingenue et non titubante conscientia fateor
me plur. rndo dno Jacobo Záborszky de eadem, ecclae art. Ivankafalv. VDM et
ven. ~~XXXXXXXXXX~~ cont. Thurocz seniore dignissimo et nobilissima matrona
dna Benigna Telkonj, charissimis meis genitoribus natum et procreatum es-
se, quorum Xstiana industria datus sum ad excolenda studia Ivankaf., Crem-
nitzium, Jaurinum, Vajo Gömörinum, Posonium, Casmak. // Tandem Deo conatib
meis clementer favente salutavi universitatem Vittebergensem, ubj ab ore
magn. viror et ss. theologiae prof. videlicet D. D. Schröero, Zeibichio etc.
dependebam, explendo duos et quot excurrit annos. Hinc feliciter redux
apud r. d. parentem p breve tempus exercitia habebam. Vocatus dein ab art.
eccla Nitra Szerdahelyiensi missus sum, ut ab excellent. atq doctisso dno
Samuele Antonio ecclae Csetnek VDM vigilantisso et vicinar. supattendentē
undiquaq dignissimo ordines sacros suscipiam. In psentia itaq alior
rndor ordinatus sum Csetnekinj 1734 d. 3. 10br. mpra.

89. /90/

Ego Joannes Szakolczaj in citte Skalicza natus et extra patriam in
schois diversis educatus, inq bonis literis institutus cum hic in Hunga-
ria Neosolii quidem a dno cl. Simonide et Korb, Leutschoviae a dno Weinert
tum in Germania Wittembergae solidius in thgia a mag. dno D. Werensdorfio,
D. Schroero, D. Charitio et Abichtio, in phlia a d. D. Schredero, D. Hassenio, a
dno Weidlero in mathematicis, in philologia v. a dno D. Weckenio, dno M.
Heerio, Reineroque. Ex Germania redux pro formanda juventute in schoam
Czetnekiensem evocatus, cui vocationi parui et tres annos cum dimidio ge-
mens docui. Deo postea volente rursus ab eccla Tissoltzensi ao Dni 1735
d. 11. febr. pro pastore animarum evocatus, probaticum sermonem s. dnica
Estomihi institui et me resolvi, ad hoc v. sacrum munus ritu aplice con-
firmatus sum a summe reverendo excellentissimo clariss ac doctisso ^{dno} Samu-
ele Antonio instar patris aeternum venerando psentibus rndis viris cl.
Fabri Nagy Szlabosensi, cl. Bubenka Ochtinensi et cl. Schmal Visno Slanen-
si ao eodem d. 23. ejusd mensis.

90. /91/.

Ego Laurentius Szarvas parentibus Georgio Szarvas et Helena Jakab
natus in pago cottum Honthen terminante Pondelok. Studia cum intra, tum
extra patriam his manuductoribus absolvi: dn. Toperczer Epperiense, dn. Si-
monide Neosoliense, dn. Daniele Sartorio Csetnekiense et tandem Joan. Sza-
kolczay, quem altera tibi lector pagina sistet, viris longe eruditis et
de patria nra plurimum meritis. In academiis Athenis ad Albim his usus
sum viris undiquaq celeberrimis: dn. magnifico Abicht, dn. D. Schroero, d. D.
Zeibichio et M. Georgij in theologicis: in philologicis M. Stephani et d.
D. Weckenio, in philosophicis d. Schroedero, dn. Hassenio, Weidlero, Löschero,
Chladenio et Baumajstero. Unde redux felicibus auspicijs eccla mihi a
Deo pariter ac ab excellentissimo viro dno Samuele Antoni regenda commis-
sa ao MDCCXXXV die 25. februarij. mpra.

91. /92/

Ego Petrus Porubszkÿ parentibus Jacobo Banjk et Anna Fajtlik natus
in pago Poruba comitatus Liptovien. Studia manuductoribus his absolvi:
clar. dno Petro Maguláts Gömörini, dno Andrea Labath in Paloita, dno Andrea
Farkass in Kis Zellö, clar. dno Mart. Vásony Jaurini, clar. dno Friderico
Guilhelmo Beer Posonij, viris longe eruditis et de patria nostra bene me-
ritis. Studiorum cursu continuato legitime ad Ivanotz situm pagum in
Trenschiniensi cottu pro paedagogo a perillustri dno Joanne Mikoviny, in-
de biennio completo ad Krents a perill. dno Georgio Ordodi pro informato-
re orphanor condam perill. Adami Gosztony et alior filior et filiar. Ex
Krents in cottum Semproniensem pro rectore loci articularis Nemeskerien-
mi

si // .inde Nagy Baludjam p correctore, sed quia res non successerunt in aedificando auditorio, salaribus etc. Posonium p magistro hungarico et pceptore germanicar puellar: Posonio per illustrissimum d. Ferdinand. Josephum Zay p ordinario aulico in Podlusan verbi divini ministro sum vocatus et ad idem munus sustinend a Deo mediante excell. dno Samuele Antoni ordinatus Tsetnekij ao 1735 die 16. novembris.

92. /93/

Ego Joannes Legler Schemnitiensis montanus, natus parente Joanne Legler matre Dorothea Schuleria, evocatus ex schola Kesmarkiensi ad ~~annua~~ eccliam XIII oppidanam Menhardi-Villensem ordinatus per excell. atq reverendissimum dnum Samuelem Antoni ao r.s. MDCCXXXVI d. 24. jan.

93. /94/

Ego Franciscus Györgyi natus parente rev. d. Joanne Györgyi, matre Anna Mészáros, evocatus ad eccliam Bokodien, ordinatus per excell. atq reverendissimum dnum Sam. Antoni ao 1736 d. 21. 7. temp.

94. /95/

Ego Matthias Clement parentibus honestis Joanne Clement, matre Helena Michaelides incolis pagi Batsfalva dicti cottus Nagy Honth natus. Studiis intra et extra patriam absolutis pro correctore scholae articulatatae Neczpal in cottu Thurocz evocatus, ubi septennio et aliquot mensibus cum laborassem, in eodem officio, evocatus sum legitime ad regendam ecclesiam Getzelfalvensem cottus Gömoriensis, ordinatus pie per excellentissimum ac maxime reverendum dnum Samuelem Antoni Csetnekyni a. r. s. MDCCXXXVI die decimo aprilis.

Torkoss 95. /96/

Ego Josephus Torkos a. a. m. patre theologo Andrea Torkosio, matre natalibus Burgstalleriana in lucem editus, frequentatis Jauriensi et Wratislaviensi gymnasiis adii academiam Wittembergensem, ex qua ab incl. conventu Jauriensi primum pro correctore, tum verbi Dei ministro vocatus ordines sacros accepi ex ritu apostolico per excellentissimum ac summe venerabilem dnum Samuelem Antoni a. r. s. MDCCXXXVII d. 6. julii.

96. /97/

Eadem die et ead fidelia ordinatus e Moses Regis in eccliam ambulatoriam Rosnaviensium ad Berzeth. Notavit Samuel Bubenkius contub. notarius. Sequenti ao id VDM Moses Regis obdormivit in Dno.

Ratkoczy 97. /98/

Ego Nicolaus Rátkoczi ex patre Blasio Rátkoczio pastore Szöczeniensi et matre Heva Temlin ortus, ad verbum Dei sincere praedicandum sum ordinatus ab excellentissimo summeq venerabili antistite Samuele Antonio a. r. s. MDCCXXXVII 15. julij.

98. /99/

Quod felix faustum fortunatumq sit. Ego Stephanus Lyci natus sum in pago Nagyrét cottus Zoliensis honestis piisq parentibus et quidem patre plur. rndo clarisso d. Georgio Lycio, matre vero Maria Mažary, venerabilis quondam atq summe rndi d. Christophori Mažary ex conjugē Elisabetha Zolnay suscepta filia. Felicem profecto me, his parentibus filium existimassem, nisi venerandus pater meus /sic!/ septimo adolescentiae meae anno orbatus fuisset. Verum cum ita divinae disponere mecum placuerit providentiae, factum est, ut licet duris admodum initiis adolescentiae usus fuerim, nihilominus tamen cursum studiorum meorum partim in praestantioribus patriae nostrae scholis, partim vero in diversis academiis celebrioribus feliciter absolverem, sicq divina me regente gratia ad munus sacrum ecclesiasticum a prima statim pueritia praepararet. Praeparatus ita fideliter atq ex Germania redux nescio Deine mirabili consilio, an sathanae odio ac invidia factum sit, quod per tres integros annos sacrum aliquod munus consequi non potuerim, quae mora et expectatio quam difficilis ac molesta mihi fuerit, Deus optime novit, idq non aliam ob causam, quam quod ingens semper Deo et proximo serviendi desiderium habuerim.

Post decursum tandem tertij a reditu meo ex Germania anni, plane dum ecclesia Christi adventus Domini memoriam recoleret, Deus mei clementer misertus est, suaq ope ad me quoq minimum servum suum venit, ut me in sub-montanam eccliam, quae Christo in Czekeház cottus Zempliniensis colligitur pro publico verbi sui ministro ordine ac modo debito evocaret, ordinesq sacros ministerio vri summe venerabilis atq excell. d. Samuelis Antonij superintendentis meritissi conferret. Deus operi huic suo manum suam clementem et benignam nunquam subtrahat, sed potius illud virtute Spir. sui sancti ita sanctificet, ut sartum integrumq usq ad diem apparitionis Jesu Christi persistere queat. Csetnek die 13. Xbris ao 1737.

99. /100/

Ego Stephanus Batisz patria Thurocziensis, in pago Dévék natus, patre Johanne Batisz, matre vero Maria Soos, quorum cura Neosolium commendatus literis operam dedi potissimum sub ferula pie defuncti dn. Simonidis, inde consilio virorum causa studior et linguae ungaricae ctuli me Jaurinum, unde tandem peractis annis duobus et quod excedit, vocatus ad eccliam Tordass sic dictam in Gottum Albensem p rectore scholae, post annum autem p V.D. ministro. Sic itaq sacros suscepi ordines ritu aplico per excell. d. Samuelem Antoni, quem Deus T.O.M. respiciat oculo misericordiae. Csetnek a.r.s. 1738 die 6. martii.

100. /101/

Posteritati sacrum! Ego Paulus Major cui omnium postremo manus imposuit ritu apostolico vir nunquam alias, nisi cum praefatione honoris nominandus summe reverendus dnus Samuel Antoni: ego inquam natus sum Cremnitzii in montanis, anno MDCCXI die XXII februarii, patre rndo viro Johanne Maior Illaviense, tum temporis Cremnitzensium Slavorum pastore et simul scholae rectore, matre vero Rozina Wozár Bocza-Banense. Prima literarum elementa addidici Lowinobanyae, institutione usus aviae meae Judithae Sartorius. Postea vero sexennis delatus sum Cremnitzium, caussa linguae germanicae percolendae, ubi praeceptorum nomine colui Andream Némethium, Johannem Christiani et Johannem Hluoska moderatores juventutis publicos. Exacto quadriennio Kövinium reductus sum atq ea ipsa aestate patrem emisi. Miseratus orbitatis meae Deus statim providit, qui me ad omne decus formaret, siquidem Ertelius ille Neosoliensium et Semproniensium antistes, tunc vero temporis Osgyanensium, me multum adhuc puerum ad se devocavit, mensae suae liberaliter admovit ac qua fieri poterat, privata institutione percoluit. Publice autem pependi ab ore literatissimi praepetoris dni Georgii Farkass in schola Osgyanensi, cujus et rndi dni Pauli Felicidae, antistitis Pilensium semper grata mente mihi recolenda est benignitas, amor ac clementia. Osgyanino relicto contuli me Neosolium, praepetores nactus Valentinum Klingschnur, Stephanum Aegydiu et per breve tempus clariss. dnum conrectorem Fridericum Korbium. Ab horum amplexibus divulsus denuo Cremnitzium remeavi, hic mihi obtigit clarissus d. Georgius Sartorius, quem rectoris nomine colui ac multum suspexi. Duobus annis exactis mandato patris rndi dni Thomae Kmethoni revocatus ad Epperienses me contuli, ibiq publice profitentem Georgium Ichnatium rectorem gymnasii, privatim vero Preissium conrectorem in graecis et hebraicis audivi. Ichnatio ad munus pastoris apud Septemtilienses promotu Csetnekinu veni ac mei amantissimum studiosissimumq clarissimum dn. Daniele Sartorium vix integro anni spatio cum aliis meliores tradentem literas audivi. Nam cum ad Epperienses nomine rectoris evocaretur, cum eo Epperiessinum redii ac eo ibidem in locum pie defuncti Slavorum pastoris, multum rndi dni Petri Pauli Lendray surrogato institutioni clarissi doctissimiq viri dni Johannis Longay qua rectoris parui. Tandem consilio ac ope rndi patris Thomae Kmethoni adjutus /cui Deus in resurrectione justorum benigne retribuatur! / ao MDCCXXXIII Wittebergam, illam omnis eruditionis matrem adii. Existens Wittebergae in philosophicis Chladenios et Hassenios, in theologicis Schroeeros, Zeibichios et Klugios, in linguis Stephanios et Sperbachios, in historicis et exegetico-practicis Spirios, in jure canonico Krausios et Bastinelleros audivi. Ibidem porro biennii spatio bibliothecae hungaricae consensu ac indultu patrum academiae populariumq curam gessi. Tandem academiae vitae curriculo confecto, domum ao MDCCXXXVII ipso Elisabethae fe-

V. 54, 273.0,

sto redii. Auspice Christo Domino ao MDCCXXXVIII obtenta legitima vocati
one a sp.dno Thoma Szirmay, ecclae Mosnavien utriusq nationis, hungaricae
puta ac germanicae in Berzete exulantis moderamen suscepi ac ringente li
cet invidia, ejusd anni die quinta junii, in quem festum corporis Christi
incidit, sacris ordinibus praeside Samuele Antonio initiatus sum. Feli-
citer! Tantum!

704

or

r-

i-
o-

r